3 1761 07533594 3

SYLLOGE
INSCRIPTIONVM BOEOTICARVM
DIALECTVM POPVLAREM
EXHIBENTIVM.

COMPOSVIT
ADNOTAVIT
APPARATV CRITICO
INSTRVXIT
GVILELMVS LARFELD, D^R.

PRAEMITTITVR
DE DIALECTI BOEOTICAE MVTATIONIBVS
DISSERTATIO.

BEROLINI
APVD GEORGIVM REIMERVM.
MDCCCLXXXIII.

CN
380
B6L37

ADOLPHO · KIRCHHOFF

INSCRIPTIONVM · GRAECARVM

INVESTIGATORI · FELICISSIMO

HVIVS · IPSIVS · LIBELLI

FAVTORI · SVASORI · ADIVTORI

LIBERALISSIMO

D · D · D

AVTOR

Digitized by the Internet Archive
in 2011 with funding from
University of Toronto

http://www.archive.org/details/syllogeinscripti00larf

PRAEMONENDA.

Vt nostra potissimum aetate magnum cepit incrementum Graecae linguae dialectorum studium, ita haud exiguus numerus recens exstitit virorum hoc litterarum genere eruditorum, qui pernoscendi sermonis Graeci studiosis commoda ac modicis finibus circumscripta subsidia epigraphica suppeditarunt. Verum tamen in re utilissima summopere hoc est dolendum, quod instrumento critico aut omnino aut satis amplo omnes fere illae inscriptionum collectiones sunt destitutae, ut ad cognoscenda potius singularum dialectorum principalia discrimina, quam ad uniuscuiusque propriam condicionem atque indolem investigandam natae esse videantur. Etenim in propatulo est positum, titulorum permultorum lectiones adhuc temporis tam multum abesse, ut omni dubitatione sint exceptae, ut editorum exemplaria saepenumero cum in singulis vocabulis tum in integris versibus enucleandis mirum quantum inter se discrepent. Quocirca in lectionum discrepantiis colligendis studium ac labor sunt ponenda, quo et peritorum ingeniis ansae praebeantur ad diiudicandum, quibus maior fides sit habenda et in litteraturis dubiis ac paene oblitteratis, qui ad lapides denuo perscrutandos forte accedant, habeant, unde facilius veras atque integras lectiones adsequantur.

Iam habes alterum, quod in conformando hoc libro mihi propositum erat; accipe alterum. — Sylloge quam institui inscriptionum Boeoticarum iustum efficit supplementum dissertationis meae „DE DIALECTI BOEOTICAE MVTATIONIBVS“ anno superiore Bonnae in publicum editae. Qua commentatione pluribus demonstrare studui, in adscribendis titulis singulis temporum spatiis — praecipue aetatis Macedonicae, qua longe plurimos, qui aetatem tulerint, confectos sat est notum — haud adeo litterarum ductuum, quam ipsius quem praebeant sermonis — sive sonis antiquitus usurpatis magis faveat, sive respuat — habendam esse rationem. Qua de causa in disponendis titulis hanc tamquam certissimam normam secutus sum. Ipsam vero dissertatiunculam velut fundamentum totius collectionis ante mittere visum est, aut mutatis aut ampliatis paucis tantum modo locis, sive quod singulae sententiae accuratius, quam tunc feceram, exprimendae videbantur, sive quod argumenta titulorum nuper publici iuris factorum non licebat praeterire silentio. Nec tamen quem tunc proposueram inscriptionum ordinem numerorumve rationem immutare placuit; immo titulos recens repertos litteris tantum distinctos illorum ordini inserui.

Titulorum quos exhibui primum accuratius descripsi locum, ubi essent reperti et — si notum erat — ubi nunc temporis adservarentur. Argumenta, ne volumen libelli iustum modum excederet, litteris minusculis expressi, exscripta tamen genuina earum litterarum specie, quarum ductus a scriptura Ionica abhorreant. Paucissimorum eorumque, qui uno duobusve versibus contineantur, veram proposui imaginem. — Litteras in mediis versibus detritas punctis distinxi uncisque quadratis inclusi: [α̣]; in initio et exitu versuum solum uncum adhibui: α], [α; quarum litterarum reliquiae tantum in monumentis deprehenduntur, vel quarum loco falsae sive per errorem lapicidarum insculptae sive eorum qui descripserunt vitiis traditae

sunt, uncis quadratis signavi: [α], perperam omissas rotundis: (α), vitiose textui intrusas uncis fractis: ⟨α⟩.

In emendandis titulis, quae aliorum ingeniis deberentur, quae ipse temptassem, accurate enarrare — ne instrumentum criticum in immensum augeretur — praetermisi, id quod mihi vitio ne vertant viri docti. Nec sat utile visum est, omnes adferre emendationes, quibus lectionibus depravatis succurrere studuerunt; hic tamen illic, ubi de vera lectione graviter licebat dubitare, complura rettuli emendationum conamina.

Editorum exemplaria ubicunque inter sese discreparent, eas tantum lectionum varietates in animo erat proponere, quae ad textum conformandum aliquanti essent pretii. Qua de re omisi lacunarum et litterarum detritarum turbam referre ab hoc illove indicatarum, si complurium editorum testimoniis eas etiam nunc in lapidibus exstare confirmatum nec plane dubitationi locus erat, quin aut pridie exstitissent, aut etiam nostra aetate diligentius perscrutantium oculis obviae fierent.

In commentariolo titulis subiuncto eorum qui aut edidissent aut tractassent nomina et libros attuli; quaecunque aut rerum aut vocabulorum explicationem postulare videbantur, paucis explanare studui simulque aut certos annos, quibus concepti essent tituli, aut temporis spatium indicavi, quo aliorum titulorum argumentis in comparationem vocatis confecti esse viderentur.

Viris autem omnibus, qui de hoc libro et consilio et auxilio optime meruerunt, BVECHELERO et VSENERO imprimis Bonnensibus, praeceptoribus dilectissimis, KIRCHHOFFIO Berolinensi, studiorum meorum fautori et adiutori benignissimo, etiam hoc loco gratias ago quas debeo maximas.

Scribebam Berolini exeunte mense Decembri anni MDCCCLXXXII.

GVILELMVS LARFELD.

COMPENDIA.

CIG = Corpus inscriptionum Graecarum.
Lk = Leake, travels in Northern Greece.
R = Rangabé, antiquités helléniques.
K = Keil, sylloge inscriptionum Boeoticarum.
Lb = Lebas-Waddington, inscriptions grecques et latines.
K^2 = Keil, zur Sylloge inscriptionum Boeoticarum.
D = Decharme, recueil d'inscriptions inédites de Béotie.
C = Cauer, delectus inscriptionum Graecarum.
M = Meister, die inschriftl. Quellen des böot. Dialekts.
IGA = Inscriptiones Graecae antiquissimae ed. Roehl.

DE

DIALECTI BOEOTICAE

MVTATIONIBVS

DISSERTATIO.

De dialecto Boeotica peculiari commentatione disseruerunt E. Beermann in G. Curtii „Studien zur griech. und lat. Gramm.“ IX. Leipzig 1876. pp. 1—86, A. Fuehrer in dissertatione inaugurali Gottingae eodem anno foras data. Qui viri docti universam sermonis condicionem atque indolem diligentissima cum cura enarraverunt; mutationum quas dialectus in temporum decursu contraxerit, haud aeque rationem habuerunt. — Has adumbrare studuit R. Meister, „Zur Chronologie des böotischen Vocalismus“ in Fleckeiseni ann. 1879. pp. 513—526 [1]). Neque vero quas dialecti diversis aetatibus subierint sonorum attenuationes et corruptiones pro certo adfirmare licet, nisi accurate definito temporis spatio, quo unusquisque titulus lapidi videatur esse incisus. Quae res omnino posita est in titulorum litteratura, in dialecti condicione, in argumentis.

Atque litterarum formis in titulorum aetate indaganda et Beermann et Fuehrer mirum quantum tribuerunt et Meister „Die inschriftlichen Quellen des böotischen Dialekts“ in „Beiträge zur Kunde der indogerm. Sprachen“. 1880. V pp. 185—238. VI. pp. 1—66 hanc normam secutus totum titulorum numerum in ordines digerere periclitatus est. — Verum tamen magnopere equidem vereor, ne iusto magis ad litteraturam respicientes viri docti a recta via deducantur. Litterarum enim ratio quam sit vana atque ambigua, in titulis praecipue aetate Macedonica confectis, — cum non nusquam in una eademque inscriptione variae obviam fiant litterarum formae — sat est

[1]) Qui idem nuperrime Ahrensii libro „de Graecae linguae dialectis“ nisus dialectorum Graecarum omnium condicionem denuo enarrare suscepit libro „die griechischen Dialekte“ Göttingen 1882; de Boeotorum sermone agens vol. I pp. 201—286.]

expositum a viris de re epigraphica Graeca optime meritis [1]). Quorum in partes ego totus abeo; quamquam non is sum, qui in universum plane negarim, etiam post novam litteraturam in usum receptam esse quas litterarum mutationes admodum certis liceat adscribere temporum spatiis. Id unum nego: quam multo post eam aetatem, qua litterarum ductus sive hi sive illi sint usurpati, confecti sint tituli, nisi ratione grammatica ullo modo posse demonstrari. — Accedit quod litterarum ductuum persaepe ab eis qui descripserunt parum ratio est habita, ut in titulis permultis quae litterarum species ab altero tradantur, alterius apographo improbentur. Qua de causa priusquam de litterarum formis, quales maxime diversis temporibus in diversis Graecorum civitatibus obtinuerint, certius statuere liceat, id summa opera curandum est, ut certis apographis vel ectypis titulorum scripturae suppeditentur.

Minus a recta via aberrabimus, titulorum sermonem si sequemur ducem. Namque in aprico est positum, firmiorem ac stabiliorem quam litterarum usum dialecti esse condicionem. Atque sunt, qui titulos haud paucos ad antiquitatis speciem compositos contendant; litterarum ei fraude decepti. Mihi contra haec stat sententia: titulorum — Graecos dico — qui aetatem tulerint numerum vel maxime exiguum dialectum exhibere non eam, quae quibus lapicidae fuerint temporibus, in populi oribus viguerit. Nec si quando pristinam sermonis speciem lapidibus incidere conati sunt quadratarii, fecerunt impune; sed — ut erant homines indocti — formas suis auribus consuetas priscis intermiscuerunt. Itaque quotienscunque litteratura cum dialecti specie pugnare videtur — nisi quin multo demum post eam aetatem, qua illa sermonis species viguerit, in usum venerint litterarum formae, nullo modo dubitare licet — rectius dialecti quam litterarum testimonium sequemur.

Certissima ad titulorum aetatem indagandam indicia sunt argumenta. Qua in re id vel maxime est dolendum, quod in argumentis adeo paucis certa licet deprehendere aetatis vestigia. Verum vix metuendum, ne a iusta via deerraturi simus, si ad

[1]) Vide Boeckh in prooemio ind. schol. hibern. Berol. 1821 p. 3. (Kl. Schrift. IV p. 166). Franz „elemm. epigr. Graecae“ p. 39. Ross in Jahni ann. LXIX p. 517 et in commentatione „Alte lokrische Inschrift von Chaleion oder Oiantheia“. Leipzig 1854. p. 15. Rangabé in praef. ad „Antiqu. Helléniques“. II. Athènes 1855. p. II.

eorum titulorum quorum aetas certa est, sermonem respicientes, prout incertorum dialectus magis huius vel illius sermoni vicina visa erit, inter hos titulos, qui commentationi nostrae cardinum tamquam loco fungentur, inseremus.

* * *

Parvi ad rem nostram momenti cum propter dialecti speciem sibi non constantem tum propter lectionem incertam titulus est misere traditus 65 Lebad. regnante Amynta Macedonum rege (inter a. 399—383 aut 381—369 a. Chr.; cf. Curtius, Griech. Gesch. III[3] p. 411 sqq., imprimis veterum locos in not. 9 p. 787 allatos, et K p. 40) exaratus.

Item propter mixtam sermonis speciem perexigui est pretii tit. 308 Theb. Leuctricae pugnae anno (371 a. Chr.) tribuendus.

Proximus est eiusdem urbis titulus 309 altero bello sacro i. e. inter a. 355—346 a. Chr. n. confectus. Quae inscriptio cum cotalogum exhibeat pecuniarum per tres annos ab aliquot Thebanorum sociis ad hoc bellum gerendum conlatarum, coniciendum fortasse, revocandam eam esse ad annos 355—353 a. Chr. Verum praestat cautius quam audacius iudicare nec certe multum a vero recedemus titulum ca. a. 350 a. Chr. lapidi esse insculptum adfirmantes. — De Byzantinis Thebanorum sociis cf. Demosth. orat. in Phil. 3,34.

Eadem aetate confectus videtur tit. 310 is quoque Thebanus. In quo cum Hypatodori (v. 2) et Aristogitonis (v. 4) nomina deprehendantur, forsitan statuendum, eosdem statuarios Thebanos esse intellegendos, qui anathema prisca litteratura exaratum Delphis repertum 572 exsculpserint. Quae sententia inde stabilitur, quod etiam Andro v. 7 et Caphisias v. 9 artifices Thebani innotuerunt nec Timonis v. 13 memoria oblitterata est (cf. Brunn, Gesch. d. griech. Künstler I p. 296). — Quae coniectura si vera est, cernitur et ea aetate, qua artifices illi floruerint (floruit vero Hypatodorus auctore Plinio 34, 19 ol. 102 = a. 370 a. Chr.), litteraturae Ionicae in Boeotiam aditum patuisse — namque tit. 572 litteratura vetustiore est exaratus, noster ex prisco scribendi more solum u sonum per Υ litteram expressum servavit — neque titulum nostrum medio quarto a. Chr. saec. recentiorem posse putari (cf. Meister, Fleckeis. ann. l. c. p. 519). Quae cum ita sint, nostro iure adfirmare nobis videmur, titulos recentiorem litteraturam exhibentes vix superare annum 350 a. Chr. n., praesertim cum etiam in tit. 11 Orch. circa annum 336

a. Chr. exsculpto (vide infra) Υ et Ε litterae sonos u et ei significantes scripturis noviciis per ΟΥ et ΕΙ campum non cesserint.

Eidem aetati adsignandum anathema Leuctrae repertum 268 a Praxitele Atheniensi confectum, qui teste Plinio l. c. inter ol. 104—110 (a. 364—340 a. Chr.) floruit. Annum 338 a. Chr. titulum non superare adfirmavit Meister l. c., cum Thespiae inter ol. 102, 2—110, 3 (a. 371—338 a. Chr.) deletae iacuissent. Nec tamen titulus in Thespiensium urbe, sed Leuctrae repertus est.

Continuatur agmen titulo 11 Orch. equitum nomina continenti, qui ex expeditione sub Alexandro Magno in Asiam facta in patriam reversi anathema dedicavere Iovi Servatori. Quem titulum aut a. 330 aut 329 a. Chr. esse exaratum inde probatur, quod a. 330 ad finem vergente Alexandrum milites in Graeciam dimisisse constat (cf. Foucart, Bull. de corr. hell. III. 1879. p. 457. Meister, V p. 205 sq.)

Aetate proximus est titulus Megaricus Aegosthenensis append. 1, quo titulo honores continentur ab Aegosthenensium civitate in Siphenses Boeotos conlatos. Quod decretum dialecto Boeotica confectum lapicidae Megarensis incuria sermone Megarico temperatum est. — Praeter hunc tituli undecim alii append. 2—11 sermone Megarico scripti eodem lapide exhibentur, quorum argumentis id evincitur: ea aetate qua sint concepti, Aegosthena urbem fuisse Boeotorum, Onchestiorum sacri foederis participem [1]), cum hoc legatur in initio titulorum: τοῦ δεῖνος

---

[1]) Strabonis testimonio nisi lib. IX p. 412 haec proferentis: „Ὀγχηστὸς δ'ἐστίν, ὅπου τὸ Ἀμφικτυονικὸν συνήγετο ἐν τῇ Ἁλιαρτίᾳ — ἔχων Ποσειδῶνος ἱερόν“ — suo iure et Lebasius, Revue arch. 1844. p. 169 et Bursianus in libro „Geogr. von Griechenld.“ I. 1862. p. 232 contenderunt, Onchestum oppidum caput fuisse sacri Boeotorum foederis; verum nostri tituli argumento deceptus hic sibi finxit, oppidulum habendum esse „Mittelpunkt einer alten Amphiktyonie, welche hauptsächlich die am inneren korinthischen Meerbusen gelegenen Städte und zwar nicht bloss boeotische umfasst zu haben scheint, wie wir denn noch später das megarische Aegosthenae als Glied derselben finden. Obschon Vorort dieses Bundes, war Onchestos doch kein selbstständiges Mitglied des boeotischen Bundes, sondern gehörte zur Ἁλιαρτία, dem Gebiete der Stadt Ἁλιάρτος.“ — Enuntiatum vero ἄρχοντος ἐν Ὀγχηστῶι idem valere atque usitatum illud ἄρχοντος Βοιωτοῖς optime perspexit Foucart in Bull. de corr. hell. IV. 1880. p. 83 sq. haec disserens: — „dans les temps anciens, Onchestos avait été le centre d'une amphictyonie et son temple de Poseidon fut toujours considéré comme

ἄρχοντος ἐν Ὀγχηστῶι, ἐπὶ δὲ πόλιος τοῦ δεῖνος. In eisdem titulis archontis et polemarchorum munera, quae erant Boeotorum propria, deprehenduntur. Ad eandem aetatem referendi titt. append. 34 a b. 35. — In ceteris vero titulis qui aetatem tulerunt Megaricis singulae civitates popularibus utuntur magistratibus: rege, scriba, demiurgis (vide tit. Aegosthen. Lb 12 [= C 34], Pagis repertum ib. 17, Megarae 26—34). Atque Megarenses ab Achaeorum foedere, cuius inde ab Antigoni Gonatae temporibus i. e. ab a. 243 a. Chr. fuerant participes (Polyb. 2, 43, 5. 20, 6, 8), eo tempore destitisse Boeotorumque civitatibus se adplicuisse, quo Cleomenes dux Lacedaemoniorum in Isthmo castra posuit Corinthumque oppugnavit, auctor est Polybius[1]). — Id quod factum est a. 223 a. Chr. n.[2]). Postea vero labefactatis in dies rebus Boeoticis cum Achaeis denuo societatem iniere; auctore Polybio[3]) haud multum ante bellum ab Antiocho rege cum Romanis gestum (a. 192—189 a. Chr.). Quam defectionem ut ulciscerentur, mox Megarensibus a Boeotis bellum inlatum est[4]), ut in posterum τὰν ὁμόνοιαν τὰν ἐκ τῶν προγόνων παρδοθεῖσαν (1, 8 sqq.) inter urbes Aegosthena et Siphas stare non potuisse nemo non intellegat. — Atque a. 196 a. Chr. T. Quinctium Flamininum omnibus Graeciae civitatibus iussu populi Romani libertatem restituisse easque quae ante aliis gentibus fuerant sociatae denuo cum his iunxisse, sat est notum.

---

un des sanctuaires communs à tous les Béotiens. Lorsque la confédération se reforma sous les premiers successeurs d'Alexandre, les villes béotiennes, pour éviter de donner la suprématie à l'une d'elles, furent sans doute conduites à prendre comme centre politique et religieux le sanctuaire de Poseidon. — — Il ne semblera donc pas étonnant que le magistrat éponyme de la confédération ait été désigné par le titre de ἄρχων ἐν Ὀγχηστῶι." — Quin etiam in ipsis titulis promiscue usurpantur ἄρχοντος ἐν Ὀγχηστῶι et ἄρχοντος Βοιωτοῖς; cf. titt. 17 Orch. et append. 4 Aegosth., 159 Hyett. et append. 34a Aegosth., 160 Hyett. et app. 3 Aegosth., 164 Hyett. et app. 11 Aegosth. (vide p. sq). Onchestiorum archon prodiit etiam in tit. 237 Thesp., ut quae contra Lebasium disputavit Boeckh, Berl. Monatsber. 1857. p. 485 (Kl. Schriften VI. p. 366), Aegosthena urbem Onchestiorum finibus adscriptam fuisse adfirmans, iam non habeant unde probentur.

[1]) Polyb. 20, 6, 8.

[2]) Polyb. 2, 52. Plut. Cleom. 17. — cf. Droysen, Geschichte des Hellenismus. III, 2. p. 111.

[3]) Polyb. 20, 6, 9; ad „βραχὺ δὲ πρὸ τῶν νῦν λεγομένων καιρῶν" cf. quae capp. 2. 3 de Antiochi regis bello cum Romanis instanti disseruit.

[4]) Polyb. 20, 6, 10—12.

Aetolis quidem Locrensium et Phocensium fines tribuit; Corinthum, Triphyliam, Heraeam Achaeis restituit (Liv. 33, 34, 8. 9). Quibus argumentis nisus non puto acerbius me notatum iri statuentem, ante id temporis Megarensium civitatem cum Achaeis foedere iterum fuisse coniunctam; quod ni fuisset, immo si Megarenses per totum bellum alterum Macedonicum (a. 200—197 a. Chr.) ut Locrenses, Phocenses, Corinthii cum Boeotis a Macedonum parte stetissent, dubitationi non locum esse, quin Flamininus horum quoque civitatem Achaeorum inde ab a. 198 a. Chr. cum Romanis foederatorum dicionis facturus fuerit. Qua de causa annis aut 198 aut 197 a. Chr.[1]) — longius ne recedamus manifesto Polybii testimonio prohibemur — et Megarenses a Boeotis defecisse et hos bellum eis intulisse statuendum. Quod si verum est, sequitur, inscriptiones nostras inter a. 223—197 a. Chr. lapidi esse incisas[2]). Ex his septem certe cum nostro titulo exteriori lapidis parti insculpti post eum sunt exarati; eorum quinque: 3. 4. 5. 6. 7_a diversis archontum annis. Qui si unum minimum annum inter se distant, ut novissimus a. 197 confectus sit, efficitur titulum nostrum haud post a. 202, igitur inter a. 223—202 scriptum esse.

Ad eosdem fortasse annos (223—197 a. Chr.) revocandi titt. 17 Orch. Onasimi, Hyettii 159 Potidaïchi, 160 Caphisiae, 164 Theotimi Boeotarcharum annis exarati, qui aequales esse videntur titulis Aegosthenensibus app. 3 Caphisiae, 4 Onasimi, 11 Theotimi, 34_a Potidaïchi Onchestiorum archontum annis confectis (cf. p. VI not.).

Iam memorandi titt. 14 Orch. et 492 Tanagr., quibus et Orchomeniorum et Tanagraeorum hospitium publicum confertur in Sosibium Dioscuridae filium Alexandrinum. Quem virum illustrem — cui etiam Cnidi statuam positam fuisse argumento est titulus a Newtono, „Cnidus and Halicarnassus“ tab. 95 in publicum editus:

Σωσίβιον Διοσκουρίδου Ἀλεξανδρέα Ἀγαθόβουλος Νέωνος Ἀλεξανδρεὺς θεοῖς.

Ζη]νόδοτος καὶ Μένιππος Χῖοι ἐποίησαν

---

[1]) Anno 197 a. Chr. Flamininus Thebas expugnavit Boeotosque acerrimos Romanorum hostes ad foedus cum Romanis ineundum coegit (Liv. 33, 1. 2. Plut. Flamin. 6. Zonar. 9, 16).

[2]) Annis 223—192 a. Chr. tribuit Foucart „Explications des inscrr.“ ad Lebasii titulos supra memoratos.

— eum esse intellegendum, qui regnante Ptolemaeo Philopatore rebus Aegypti praefuerit (Polyb. 5, 35, 7 et saepius), apta coniectura adsecutus est Foucart l. c. p. 98. — Itaque hos titulos inter a. 221—205 a. Chr. n., quo anno defuncto Philopatore ab Agathocle occisus esse videtur Sosibius (Polyb. 15, 25 sqq.), exaratos est verisimile.

Restant tituli Thebani duo paucis inter se annis distantes 316. 317. — Ac titulum priorem, quo hospitium publicum tribuitur Nobae Axybi filio Karthaginiensi, post a. 146 a. Chr., quo anno Karthago diruta est, confectum esse non posse in propatulo est. Lux offunditur tempori, quo scriptus sit titulus, unius Boeotarcharum nomine ΙΠΠΙΔΟΣΥΜΑΡΙ . ΑΟ v. 14, quae verba esse legenda Ἱππίαο, Εὐμαρίδαο Ahrensius (II, p. 522) praestantissima coniectura evicit. Ita esse corrigendum alterius tituli scriptura, in quo duo Boeotarcharum nomina: Αἰτώνδαο [1]), Ἱππίαο 316, 13. 14. 317, 17. 18) iterum occurrunt, egregie stabilitur.

Dubitari prorsus nequit, quin hi tituli ad eosdem fere annos sint revocandi; quae sententia communi dialecti ratione formas vulgares plurimas adsciscentis [2]) comprobatur. Quo argumento nisus proximis a. Chr. saeculis tribuendos tuo iure contendas. Atque de Aetonda, cuiusnam urbis in Boeotorum concilio fuerit legatus, nil constat. Hippias vero Thebanus, qui inter principes Boeotorum factionis Macedonicae erat, Polybium (22, 4, 12) si audis, Boeotarchae munere functus est eodem anno vel proxime antecedenti, quo Philopoemen septimum dux Achaeorum est creatus, i. e. a. 187 a. Chr. n. [3]). Succedebat Hippiae Alcetas quidam (ib. 13); verum anno demum 171 una cum reliquis Macedonicae factionis principibus urbe pulsus est [4]). Quorum factionem usque ad hunc annum honores plerumque sibi capessivisse,

---

[1]) Itaque K² p. 30 coniectura, in titulo priore Χαιρώνδαο esse corrigendum refellitur.

[2]) Vide haec: αι = η: καί ubique, Αἰτώνδαο 316, 13. 317, 18 (non debebat Meister V p. 195 haec dicere: „die alte Schreibung αι ist noch überall beibehalten"), ε = ι ante voc.: Θ]εός 316, 1. (:ἰ[ώ]σας 11. -ιόντων 12. 317, 14), ει = ι: ἀτέλε[ιαν 317, 7 (:ἀτέλιαν 316, 8), ϝ omissum: οἰκίας 317, 12 (:[ϝ]οικίας 316, 7), σσ = ττ: ϑάλασ[σαν 317, 11 (:[ϑ]άλατ[τ]αν 316, 10). υ = ου, ιου: τύχα 316, 1 (:Ἀξιούβω 5. ἀσουλίαν 9.), ωι = οι: αὐτῶι 317, 13, de quo sono vide p. XXI.

[3]) De rebus ad chronologiam pertinentibus cf. Hertzberg, Geschichte Griechenlands unter den Römern. I. Halle 1866. p. 165 not.

[4]) Polyb. 27, 1, 11. 2, 3.

ipsa fert rerum natura; ut penes eosdem fere per multos annos summi magistratus fuerint. Qua re fretus non metuo ne audacior sim, adnuente titulorum sermone hoc proferens: Hippiam eum, qui titulis nostris commemoretur, atque illum cuius mentio fiat apud Polybium, eundem fuisse et utrumque titulum annis inter 187 — vel eos qui proxime antecedebant — et 171 a. Chr. intercedentibus tribuens. — Hippiam quanti Perseus Macedonum rex aestimarit, inde licet concludere, quod eum patria pulsum benignissime excepit et inter familiarissimos habuit. Eodem statim anno, quo Thebis pulsus erat, a Perseo Romam missus est, ut eum ab inimicorum calumniis defenderet (Polyb. 27, 6, 2); proximis annis (169/8) ad Genthium Illyriorum regem, ut eum ad societatem cum Perseo contra Romanos incundam commoveret (Polyb. 28, 9, 3. 29, 3, 1). Omnino vero Hippias Macedonum regi in bello cum Romanis gesto ab intimis erat consiliis, quam ob rem propter miserum eventum mox regi invisus factus est (Polyb. 28, 10, 1).

De Noba[1]) Karthaginiensi nil innotuit. Verum tamen — quamquam non nego fieri potuisse, ut in negotiatorem quendam Karthaginiensem de communi Boeotorum bene meritum civitas conferretur — tamen nemini puto non magis adridere Boeckhii ad hunc titulum (CIG 1565) prolatam sententiam: „Arbitror autem illum Nobam a Karthaginiensibus in Graeciam missum legatum esse, ut de communibus adversus Romanos consiliis ageret.“ — Cui sententiae extemplo fundamentum struitur Livi testimonio lib. 41, 22 haec enarrantis: „Legati (scil. a Romanis Karthaginem et ad Massinissam missi) nonis Iuniis ex Africa redierunt . . . compertum tamen adfirmaverunt, legatos ab rege Perseo venisse, iisque noctu senatum in aede Aesculapi[2]) datum esse. Ab Karthagine legatos in Macedoniam missos et rex (int. Massinissa) adfirmaverat, et ipsi parum constanter negaverant.“ — Agitur de anno a. u. c. 580 = 174 a. Chr., quo tempore Thebis Hippias inter summos rerum administratores erat. — Immerito fidem huic loco abrogavit Nissen, „Kritische Untersuchungen über die Quellen der vierten und fünften Dekade des Livius.“ Berl. 1863. p. 241: „Es ist eine der gewöhnlichen Verdächtigungen gegen Karthago, welche gar keinen Glauben verdient. Das

[1]) Nomen Poeni fuisse videtur Nobach; cf. Num. 32, 42. Jud. 8, 11.

[2]) Deum Esmun Poenorum dici adnotat Weissenborn.

Factum steht in unserer erhaltenen Ueberlieferung so vereinzelt da, dass sich nicht ermitteln lässt, ob und wie viel Wahres zu Grunde liegt. Die Annalisten [1]) malen mit ihrem groben Tüncherpinsel feststehend den Massinissa weiss, die Karthager schwarz; jener ist der uneigennützige aufopfernde Römerfreund, diese mit Ausnahme der feilen Aristokratie jeder Hinterlist und Schurkerei fähig." — Mihi contra Nobas ille inter principes legationis ad Perseum missae fuisse videtur, qui etiam cum Boeotorum principibus Perseo familiarissimis communicationem inierint. Quominus vero Karthaginienses cum Perseo Boeotisque foedere iuncti bellum inferrent Romanis, impedimento fuit Massinissae suspicio.

Cum legati Romanorum nonis Iuniis a. 174 a. Chr. ex Africa redierint, primo vere eo missos esse est credibile [2]). Utique vero legationes et Persei regis et Karthaginiensium haud post a. 175 factae esse sunt putandae. — Quibus exploratis senatus Romanorum denuo legatos ad Perseum misit (Liv. 41, 22, 3.) Proxima ad eum missa erat legatio a. 176 (Polyb. 25, 6, 5. 6), Romam redierat a. 175 (Liv. 41, 19, 4). Unde fit verisimile, a. 175 a. Chr. ad finem vergente Boeotis res fuisse cum Karthaginiensibus eodemque tempore decretum lapidi esse incisum. — Titulum alterum 317 aliquanto plures formas vulgares quam nostrum exhibentem annis 174—171 a. Chr. adsignaverim.

* * *

Iam habes quasi stamina totius disputationis meae. — Ad ceterorum titulorum aetatem statuendam si minus omnibus argumentis destituti sumus, at tamen eis, quibus temporis spatium, quo sint concepti, accuratius definiatur, egemus [3]). Imprimis est dolendum, quod quae fuerit singulorum Boeotiae oppidulorum labente aetate — ac maxime tertio et altero a. Chr. saec., quo tempore longe plurimas quae ad nostram memoriam sunt propogatae inscriptiones Boeoticas scriptas esse infra demonstrabo — condicio, plane fere ignoramus. Verum — ut dixi iam supra —

---

[1]) Unger, „Die röm. Quellen des Livius in der vierten und fünften Dekade". Philol. III. Suppl.-Bd. 1877. p. 179 sq. Livium hoc loco Claudium Quadrigarium secutum putat.

[2]) Quae Livius de rebus a. 175 exeunte et 174 incipiente gestis narraverat, ea ante cap. 21 interciderunt. cf. Nissen l. c.

[3]) Titulos dialecto Boeotica confectos omnes anno 146 a. Chr. esse vetustiores inde efficitur, quod in tanto titulorum numero nullum occurrit nomen Romanum. Cf. Meister, Fleckeis. ann. l. c. p. 520.

titulorum, quos certis annis adscribere licet, sermone accurate explorato et cum ceterorum comparato fieri non potest, quin quibus maxime temporum spatiis unusquisque titulus sit exaratus, pro certo adfirmare liceat.

Sed priusquam ad singula accedamus, necesse est nos ante reddere rationem, num recte dialecti mutationes, quae certis annis in hac illave Boeotorum urbe usurpatae fuerint, ad ceteras transferamus. — Atque de formis vulgaribus delabente aetate in dialectum inrepentibus sat est probabile, non fuisse eandem sermonis condicionem ab uniuscuiusque oppidi incolis usurpati, cum res ipsa ferat, ut in regiones gentibus alii dialecti adsuetis finitimas maturius formae illis adamatae propagentur. Illud potius quaeritur, num illae mutationes, quae Boeotidi maxime sunt propriae, ab universis Boeotis eodem tempore adscitae fuerint, ut inscriptiones omnes eandem sermonis condicionem exhibentes eidem aetati adscribere liceat. — Quae res ipsis titulis probatur. Namque si conferas tit. 309 Theb. ca. a. 350 a. Chr. exaratum cum tit. 11 Orch. anni 330 a. Chr. n., eaedem plane occurrunt sonorum mutationes (vide tab.). Eadem similitudo emergit conlato tit. 13 Orch. cum 181 Acraeph., qui eiusdem Boeotarchae anno exarati sunt, et eiusdem urbis paucis annis recentiore 182. Neque aliud animadvertes comparatis titulis 14 Orch. cum 492 Tanagr. eiusdemque aetatis 489—491. 493. 494; aut 21 Orch. cum 162 Hyett. huic aequali.

I. De adiectivis et genetivis patronymicis[1]).

Adiectiva cognationis a Boeotis, Thessalis, Aeolibus Asianis per longissimum temporis spatium esse servata titulorum ratione

[1]) Bergkium secutus „Beitrr. zur griech. Monatskunde". Giess. 1845. p. 16 et Ussingium „Inscriptiones Graecae ineditae". Havniae 1847. ad tit. 23, 1 monuit Keil, Inscriptiones Thessalicae tres. Numburgi 1857. p. 5, adiectiva hoc genus haud dubie possessiva esse, non patronymica, ad titulum imprimis Ussingi modo laudatum (= Lb 1269) provocans: Πουτάλα Πουταλεία κόρα Τιτυρεία γυνά; quo in titulo cum voci Τιτυρεία nisi adiectivi possessivi notio inesse non possit, etiam adiectiva filiorum filiarumve nomina exhibentia — velut Πουταλεία — in possessivorum significationem esse accipienda concludere liceat. Atque haec quidem recte. Nec tamen ulla est causa, cur solita dictione nos abdicemus; si quidem adiectivorum cognationis ea, quae patris nomen exhibent, patronymica, quibus mariti nomen significatur, andronymica appellamus.

efficitur. Cf. e numero titulorum Thessalici sermonis speciem praebentium prae ceteris Pharsalicum ab Heuzeio, „annuaire de l'association pour l'encouragement des études Grecques". 3e année. 1869. p. 215 editum; e titulis Aeolum Asianorum dialectum prae se ferentium Eresi repertum C 123 A 5. 37. 38. — Eidem sermonis legi etsi adstrictus est Boeotorum sermo, ab illis recedit eo, quod in Boeotide ab adiectivis patronymicis adiectiva denuo non formantur, sed eorum vice more a ceteris Graecis usurpato genetivi funguntur[1]). — A quo tamen usu dicendi in titulis antiquissimis hic illic recessum est; vide Διων(ο)ύσιος e Διων(ο)υσι-ιος ortum in tit. 311, 1 Theb.; — Δωρόθειος quoque in tit. 11, 14 Orch. huc facit a. 330. a. Chr. confecto, cum a vocibus in -εος adiectiva alias non deducantur (vide genetivos vocum in -θιος desinentium 13, 8. 24. 43|44; cf. not. [1]). Nec tamen ullum exstat in titulis Boeoticis adiectivi patronymici exemplum a voce in -δας deductum, cum in Thessalorum sermone nomina in -δαῖος trita sint ac vulgata[2]).

Servata exhibet adiectiva patronymica titulus antiquissimus 65 Lebad. inter a. 399—369 a. Chr. exsculptus, in hominis quidem Boeoti nomine Π(ο)υθόνικος Φιλοκράτειος Ταναγρῆος vss. 23—27; contra peregrinorum nomina more ab eis usurpato per genetivos expressa comparent. Qui idem mos valet in tit. 309 Theb. circiter a. 350 a. Chr. confecto, peregrinorum nomina exhibenti, cum in tit. 308 Theb. et 268 Leuctr. eiusdem aetatis adiectiva fiant obviam. — In tit. 11 Orch. a. 330 a. Chr. lapidi inciso adiectiva ceterum religiose retinenti offendit Τελέσταο genetivus v. 11; quae forma quadratarii me iudice socordiae debetur ad similitudinem nominum in -δας (Σαώνδαο genetivus suo iure locum tenet in v. 13; vide supra) pro

---

[1]) Cf. Boeckh ad CIG 1574: „Excipiuntur ea patrum nomina, quae iam ipsa patronymica sunt." Ad quam Boeckhii observationem nil novi attulit Kumanudes, Ἀθήν. IV. 1875. p. 295. — Idem p. sq. suo iure negavit, a nominibus in -ιος vel in -ειος adiectiva posse derivari, immo genetivos semper locum habere.

Vide etiam adiectivorum cognationis copiam ab Ahrensio II p. 535 congestam, a Keilio l. s. c. p. 5 ampliatam, et quae nunc exstant exempla apud Meister, „griech. Dialekte" I p. 196.

[2]) Itaque quae sola vox hanc sermonis consuetudinem infringere videatur ΘΥΝΑΡΧΙΔΗΟΥ in titulo recentissimae aetatis 72 Lebad. minime cum K² ad XXXVIa Θυναρχιδή[ω], sed cum R 1311 (in transcriptione Θυναρχίδ[α]ο est intellegenda.

Τελεστῆος (quod nomen exstat procul dubio in tit. 308, 5 Theb.) vitiose exarata, cum adiectiva multo demum posteriore aetate genetivis locum cessisse titulorum testimonio constet nec sit probabile, harum formationum de principatu certamen integrum maxime saeculum superasse. — In tit. 387 Tanagr. antecedenti paene aequali excepta Ἀργίω voce v. 1, quae excusationem habet, adiectiva strenue sunt servata. Item adiectiva retenta in tit. 12 Orch. misere lacerato et describentis erroribus pessime foedato eodemque, ut e sermonis condicione evincitur, haud multo post titulum antecedentem lapidi insculpto. — Idem dicendum de tit. 234 Thesp. 66 Lebad. 169 Cop. 311—313 Theb.

Recedit a more sancito tit. 13 Orch. praeter maximum adiectivorum numerum genetivos non nullos exhibens. Atque formae in -ίω (v. 8. 24. 43/44) et in -δαο (v. 33/34. 34. 35. 41. 44.) desinentes habent excusationem; offendunt Ἀρίστωνος 16. 42. 49. Βιόττω 20. Θιοτίμω 22/23. 23. Σομφόρω 25. [Ἀλκ]έταο 42. Ἐρωτίωνος 43. — In eiusdem Boeotarchae anno scripto tit. 181 Acraeph. et paulo hoc recentiore 182 eadem plane sermonis species deprehenditur. Namque in titulo priore praeter octo adiectiva genetivus exstat in v. 3 Γρ(ο)υλίωνος; neque aliter in titulo posteriore praeter sex adiectiva (Θεδωρίδαο genetivus in v. 7 sane excipiendus) genetivi deprehenduntur Εὐβώμω v. 5. Ἀμεινίαο v. 7. — Παρραλίωνος genetivus in tit. 310 optimae aetatis Theb. v. 1 ceterum adiectiva suppeditanti nescio utrum lapicidae errori an describentis vitio sit tribuendus. — Hos titulos omnes, cum u sonum prisco more per Y litteram exaratum ostendant (vide quae de huius soni scriptura exponam p. XXIV) neque in οι soni locum υ inrepserit, anno certe 230 a. Chr. recentiores putare non licet (de οι sono in υ attenuato vide p. XXI).

Iam vero in titulis pro οι sono genuino υ adulterinum adsciscentibus genetivi campum tenent. In tit. 14 Orch. inter a. 221—205 procul dubio exarato et adiectivi (Μνασιγενείω v. 2) et genetivi (Θίωνος ibid.) exemplum deprehenditur. Eiusdem aetatis tit. 18 Orch. praeter genetivorum plurima exempla adiectivorum praebet tria: Τελεσιππίω 8/9. Μεκγήω 9/10. Φιλοκλειίω 12. — Titulus 170 Cop. his fere aequalis in vss. 2—6 adiectiva, a v. 8 genetivos ostendit; item tit. 236 Thesp. in primis duobus versibus adiectiva, in ceteris genetivos suppeditat.

In ceteris id genus titulis omnibus genetivi adiectiva prorsus expulerunt. — Unde efficitur, eadem aetate in Boeotorum sermone adiectiva possessiva esse exstirpata, qua οι sonus in υ sit attenuatus. Cuius diphthongi mutationem si vere inde ab a. 230 fere a. Chr. invaluisse censuerimus (vide p. XXI), genetivos etiam — licet aliquot annis ante hic illic deprehendantur — circa hunc ipsum annum adiectiva plane expulisse erit statuendum.

II. De αι *et* οι *diphthongis in* (ᾰε) η *et* (οε) υ *attenuatis.*

Sonorum αι et οι attenuationes in dialecto Boeotica adhibitae seiungi inter se plane nequeunt, cum tam arcto vinculo inter se cohaereant, ut de altera utra agentes simul alteram non solum perstringere, sed accurate debeamus tractare, ut mutuo sese illustrent.

a) de αι *et* οι *sonis ante consonas et in exitu vocabulorum exstantibus.*

Huc trahi licere omnia dativorum sing. I et II decl. exempla in AI et OI, utpote quorum terminationes aetate satis vetusta a brevi vocali initium fecerint [1]), quamquam non efficitur tit. 355 Tanagr. antiquissimo, in cuius tituli versu hexametro Κῑτ(ο)ῠλοῐ vocem in diphthongum correptam desinere metri ratione arguitur, at tamen omnino AI et OI litteris in inscriptionibus vel vetustissimis non ᾱι, ωι sed ᾰι, οι sonorum vim tribuere praestat. — Quare nil mirum, quod exemplum αι diphthongi in ᾱ vocalem attenuatae in dialecto Boeotica probabilius desideratur. Nam quod in tit. 52 Chaer. Ἀρτάμιδι Εἰλειθυία exstat, ab eo qui descripsit turbatum esse, cum titulo insequenti huic simillimo Εἰλειθίῃ praebenti fit probabile, tum aliorum apographis evincitur. Ideoque in tit. 330 Tanagr. Ἐπὶ Ἀθανοδ[ώ]ρα[ι et 343 Ἐπὶ Εὐ[ξ]ενίδαι ι litteram detritam esse erit statuendum.

---

[1]) Adhuc viris doctis stetit sententia, ᾰι et οι terminationes correptione ex ᾱι et ωι esse natas. In dubitationem vocavit G. Meyer in libello „Herr Prof. von Wilamowitz-Möllendorf und die griech. Dialekte“. Leipzig 1878. p. 14 formationes in αι et οι locativos adfirmans esse habendas, qui dativorum vice ceterorum Graecorum in ᾱι et ωι desinentium functi sint; in comparationem vocatis dativis qui feruntur plur. in -σι exeuntibus, quibus non nunquam locativorum vim subesse est consentaneum. Quam quidem opinionem ego non improbandam censeo.

Omnino vero αι sonus nisi in titulis antiquissimis non deprehenditur. Exstat autem in hisce: 1 Orch. 50 Chaer. 178 a Acraeph. 191. 192 Thisb. 212. 234 Thesp. 281. 302 Theb. 344. 383 c 2 Tanagr. [1]).

οι sonus in titulis optimae aetatis notam prae se ferentibus deprehenditur hisce: 5 Orch. 94 Coron. 219. 225. 235 Thesp. 276. 286. 290 Theb. 353. 355 Tanagr.

Mox vero αι et οι diphthongi vi prisca ac genuina se abdicarunt atque ad simplices vocales η et υ sunt delapsae, de quibus corruptionibus infra pluribus agemus.

Inter utrasque terminationes (αι, οι vetustiores et η, υ recentiores) in medio versantur αε, οε soni in titulis, qui in Tanagrae confinio effossi sunt, quae terminationes ι sono in ε debilitato ex αι, οι fluxerunt; velut ᾰ-ι, ο-ι — ᾰ-ε, ο-ε. Quae attenuationes in titulis deprehenduntur sat vetustis omnibus: τᾶε Δάματρι 271 Plat. Ἀβαεόδωρος 356. 383 a 10. Λ(ο)υσανίαε 357. Ὀ[κ]ίβαε 358. Fέκαδάμοε 359. Χοε[ρ]ίλος 360. 383 d 11. Πολ(ο)υαράτοε 370. [Ἀ]μεινοκλείαε 371. Μοέριχος 383 a 6. Ἀριστόθοενος ib. 7. Fεργαένετος c 5. Κοέρανος d 1. Π(ο)υλιμιάδαε 386 a. Tanagr. — Accedunt tituli Harmae reperti duo: Αἐσχρώνδας Αἐγιτ — Δι[ω]ν(ο)ύσοε 335. Π[ρ]αύχαε 336. — Unde apparet, pristinas αι et οι diphthongos, quae exstant in antiquissimis titulis Tanagraeis (vide supra) aliquanto ante novam litteraturam in usum receptam ᾰε et οε potestatem induisse.

Idem ι sonus ad ε in diphthongis delapsus deprehenditur hic illic in sermone Attico; cf. Franz, elemm. epigr. Gr. n. 36, 4: Αἐερόπα; in vasculo quodam (Monumm. ined. dell' inst. II, 25) Αἔθρα. Item Λαοδάμεεα pro -εια scriptum exstat apud Franz l. c. n. 36, 7, 13 (cf. Ross, Arch. Aufss. 2. Samml. p. 545). — Quae cum ita sint et cum excepto sermone Tanagraeo et horum finitimorum αε et οε sonorum in nulla Boeotorum urbe inveniantur exempla, non dubito quin hae formae ad sermonem

---

[1]) Quae αι scripturae exempla in titulis alterius vel primi a. Chr. n. saeculi exstant, ad vulgarem sermonem sunt releganda: Χ]αιρώνδαο 20, 2 Orch. Χαιρίας 156, 11 Hyett. καί 316, 4. 6 sqq. Αἰτών(δ)αο 13. Δί]αιτος 318, 13 Theb. Αἰχμαρέτα 510 Tan. Mixto Boeotorum et Atticorum sermone exaratus tit. 315 Theb. exhibet praeter δεδόχ]θαι in decreto Atheniensium v. 3 eandem voculam δεδόχθαι v. 15 inter complures formas Atticas. — De αι sono ante vocales legitimo vide p. XXI sq.

Atticum vulgarem sint relegandae, unde ad Boeotorum finitimos permanaverint [1]).

αι sonum ca. a. 400 a. Chr. in η abiisse inde fit probabile, quod priscae litteraturae monumenta ad unum αι praebent, in titulo vero 65 Lebad. inter a. 389—369 a. Chr. confecto η locum tenet: Ταναγρῆος v. 24. 27 (de αι soni ante vocales positi varia condicione vide p. XXI sq.)

οι soni mutationum Beermann l. c. p. 42 hunc adfirmat fuisse ordinem: οι, ö, υ (ü); atque οε sonum idem fere valuisse contendit quod Romanorum oe. Quod mihi non probatur. Immo ex exemplis a Rossio congestis (vide p. praeced.) id sumere licet, ι tantum sonum diphthongum claudentem in ε attritum neque sonum priorem mutationi obnoxium fuisse; cf. imprimis ει in εε debilitatum. Quo argumento nisus etiam οε Boeotorum in ο-ε soni vim accipiendum et cum Curtio „Erläutt. zu meiner griech. Schulgramm.“ [2]p. 25, sonum ö a Graeco ore utique alienum fuisse statuendum duco. — Nec minus in Curtii et Dietrichii partes (Gött. Nachrr. 1862. p. 495; cf. Grundzz. der griech. Etym. [4]p. 706; — Fleckeis. ann. 1872. p. 24) signa transfero, οι primum in ui esse obscuratum, dein ui in υ (= ü) coaluisse censentium.

Cernitur αι et οι sonorum mutationes in dialecto Boeotica fuisse hasce:

---

[1]) Item — ut alios taceam — mixta dialecto Thessalica et Doridis mitioris quae dicitur specie exaratus est tit. Pharsalicus supra (p. XIII) memoratus; ut erat Pharsalus urbs in confinio Thessalorum et Achaiae Phthiotidis sita. Atque Thaumacis, in urbe admodum vicina, Doridem mitiorem regnasse argumento sunt tituli C 103. CIG 1772. 1773. Ἀθήν. II. 1874. p. 317. — Formas vero Doricas in titulo has deprehendas: 1) genet. in ου: v. 3 pro solita in οι. 2) ε ante vocales Doriensium more servatum: 4[b]. 13[c]? 10[a]. 11[b]. 37[a]; — cum Thessalicum ι inveniatur in tit. Metropolitano Lk IV n. 219, 12. 20, in tit. Pheris reperto Ussing l. c. n. 20, in tit. Crannonio maximi pretii C 101, 15; — 3) variatur inter η et ει sonum, quorum ille a Doriensibus servatus, hic a Thessalis ex η attenuatus est: Ἡρα- 10[a]. 22[b]. 26[c]. 32[d]. praeterea η: 18[a]. 7[b]; — at ει v. 4. 5. 15[d], terminationes in -εις, alia; — 4) α Doricum deprehenditur in -στρατος 20[a]. 23[c]. 39[c]. 46[c]. 47[c], quae vox Thessalis aeque atque Boeotis et Aeolibus Asianis (vide p. XXXII[e]) — στροτος sonuisse putanda est. Idem α sonus in ο offuscatus comparet in ὀνγραφεῖ C 100, 10. 101, 24; ὀνάλουμα 100, 12. 101, 26. ὀνέθεικε Uss. n. 21. — Itaque non debebat Beermannus mixto huius tituli sermone deceptus Ahrensium (II p. 529 n. 2, 1) vituperare in tit. Crannonio C 100, 1 στροτα]γέντος supplentem.



[1]) In infimae aetatis titulis η vocalis ex αι diphthongo orta interdum in ει sonum comparet dilatata. Vide haec: Ἀθανεῖος 32, 6. Θειβεῖος 8. 12. 24. Orch. εἰ 53 b 11 Chaer. 72 a 4. ἀρχεῖ 6 Lebad. βεβεία 241, 16 Thesp. Εὐϝετειρίς 399. Εὐετειρίς 400. Ταναγρείων 495, 9. Ἀθανεῖον 10. Ταναγρείων 504, 3. 505, 6 Tanagr. — Cum vero in horum numero obviam fiant tituli, in quibus ει et ι litterae ad significandum i sonum promiscue sint usurpatae (cf. Νιομινίω, Νιομεινία 72 a 1 Lebad.), concludere licet, ea aetate ει diphthongum lapicidarum auribus idem atque ι vocalem simplicem sonuisse; quemadmodum etiam eis temporibus, quibus prisca litteratura obtinebat, omne ει non ex productione compensatoria ortum in ι attritum deprehenditur; cf. Καλλιγίτων 4 Orch. alia. ει genuinum servatum exhibent Πειθ[ώ]νδας 221 Thesp. Τεισίας 388 b Tanagr. vetustioribus litteris exarati. Sat antiquis vero temporibus etiam ει sonus productione compensatoria natus in ι abiit; qui usus dicendi solemnis est in vocibus Ἀμινο-, -κλια (Ἀμεινοκλείαε 371 Tanagr. ad similitudinem sermonis Attici formatum videtur; de ᾰε sono Attico vide p. XVI extr. — at Ξενόκλια in eiusdem urbis titulo aequali 367) -κλίδας (-κλειδ- reperitur in titulis recentioribus: 54, 6 Chaer. 152, 8/9 Hyett. 173, 4 Cop. 274, 8 Plat. 311, 6 Theb.) et in aliis in -ίδας, quarum ῑ ex -εσι-, -ει- ortum est, in terminatione -ια ex -έσια, -εια nata, velut: ϝισοτέλια, ἀτέλια, ἀσφάλια. — Aliquanto post etiam genetivos in -ειος ex εσ-ος, η-ος ortos in -ιος corruptos esse, permagno titulorum numero demonstratur. -ειος enim locum non habet nisi in titulis adiectiva servantibus. Unde colligere licet, ca. medium tertium a. Chr. saec. horum sonorum mutationem invaluisse (cf. p. XV). — Cum vero unumquodque -ειος ex εσ-ος, η-ος natum in -ιος reperiatur detritum, -εῖος terminatio ex έϝ-ος, ῆ-ος genita locum tenet in titulis qui aetatem tulerunt omnibus. At tamen in huiusmodi etiam voces Romanorum aetate sonum attritum inrepsisse argumento sunt grammaticorum testimonia*) βασιλῖος aliaque Boeotorum esse adfirmantium.

[2]) In titulis recentissimae notae Chaeronensibus et Lebadensibus υ scripturae loco saepenumero ει deprehenditur, quas litteras ea quidem aetate ad i vocalem exprimendam fuisse usurpatas, ex eis patet, quae supra attuli. Atque in eisdem titulis υ scribendi ratio vetustior et ει novicia de principatu certant; ita vero, ut ει scriptura plerumque ad vocalem longam significandam adhibeatur. Vide haec υ et ει scripturae exempla: τῡ 53 d 3. 13. 15. f 6. τῦς f 7. ἀσαυτῡ d 13. a 6. — τεῖ c 8. d 19. 24. e 5. f 11. 17. g 3. 10. i Λ 4. E 8, αὐτεῖς 53 g 10/11. ποιούμενει 12 Chaer. — τῡ 72 a 2. b 1. τῦς κλαρονόμυς 72 a 3. τύ 6 ter. b 4. 5. — τεῖ 72 a 2 bis. b 1 bis. τε[ῖ] 4. αὐτεῖ, ἄλλει a 4. b 2.

*) vide Meister „griech. Dialekte“ p. 225 [1]).

In Tanagraeorum sermonem multo antequam nova litteratura in usum reciperetur — quo tempore ceteris αι et οι soni erant adamati — αε et οε inrepserunt. Neque in his formae in αι et οι mediis interpositis αε et οε ad η et υ delapsae sunt; immo η et υ statim in locum sonorum αι et οι successerunt. Id quod titulis evincitur, in quorum plurimis οι et υ soni promiscue usurpati deprehenduntur (vide tab.), οε non fit obviam [1]).

Τρεφωνίει b 1 Lebad. — Unde efficitur, eo tempore, quo confecti sint tituli, et Chaeronensibus et Lebadensibus inter υ et ει sonos pronuntiationis discriminis nil intercessisse, immo utrumque ad i sonum fuisse attenuatum. Nec tamen, ante quam ea pronuntiationis exempla ceterorum Boeotiae oppidulorum titulis confirmata erunt, υ soni hanc in ει (= i) attenuationem in Boeotorum sermone fuisse iustam, pro certo adfirmare ausim.

[1]) Δαμοτοίδαο vox in tit. 36, 1 Orch. — quo in titulo omnibus aliis locis υ scriptum comparet — rem nostram non tangit, cum a Keilio l. c. p. 31 — recte id quidem meo iudicio — propter formationem a Graecae linguae legibus alienam in dubitationem sit vocata eiusque loco Δαμοκλίδαο proposita.

Neque Μενοίταο, nomen hominis Phocensis, in tit. 33, 26/27 Orch. huc facit e dialecto Phocensium Dorica aperte petitum.

Vox conclamata est ΜΥΡΙΧΟΣ in tit. 24, 1 Orch., de qua lis est — praesertim cum in v. 2 dativi in οι terminatio (Διωνύσοι) sit servata — utrum sonum praebeat genuinum u, an ü e Μοίριχος corruptum adulterinum. — Quam vocem Beermann l. c. p 41 a μύρρα vel μύρον deducendam censuit. Contra Ahr. II p. 520 et K p. 18 e Μοίρ- profectam esse voluerunt. In dubio reliquit Boeckh ad CIG 1579. — Ac dubitationi sane locus est, cum in titulis plurimis haec vox a Μοιρ-, Μυρ- initium faciens reperiatur. Exstat Μοιρίχω in tit. 153, 7 Hyett. 414 Tanagr. Μοέριχος 383 a 6 Tanagr. Μύριχος 144, 10 Hyett. 174, 17 Cop. — Μύριχος autem voculam in his titulis formam genuinam non praebere, sed e Μοίριχος corruptam, e condicione eorum cernitur. Namque tit. 144 Hyett. u sonum veterum more per Υ litteram scriptum non exhibet; proponit ubique ου vel ιου (vide tab.). Dein οι sinceri loco exstat υ. — Neque aliter tit. 174 Cop. ου et ιου pro u suppeditat; υ pro οι. Itaque in his quidem Μύριχος voculam e Μοίριχος esse corruptam satis constat. — Iam vero titulos 12. 13 Orch. si inspexeris, obvia erit haec vox in illius v. 18; neque huius tituli v. 40 formam praebere aliam, sat est probabile (cf. ΜΥΡΤΩΝ v. 25). — Qui tituli cum in ceteris vocibus οι antiquum strenue ostendant servatum, neque in hac οι sonus in υ abiisse est putandus. Immo cum u soni antiquam scripturam per Υ in plurimis formis retineant (vide tab.), etiam in nostra voce Υ litteram u sonum significare efficitur.

Unde apparet, in Boeotorum sermone et Μούριχος (id quod ceteris Graecis Μύριχος sonabat) et Μοίριχος — quod postea in Μύριχος abiit — in usu fuisse.

Iam quo argumento nisus Beermann l. c. p. 41 οι soni in υ mutationem statuat „in aliis Boeotiae urbibus (praeter Orchomenum) imprimis Thebis et Thespiis multo demum post (scil. novam litteraturam receptam) esse adhibitam“, ego ignoro. Vereor, ne virum doctum litterarum rationes deceperint. — Namque ipsis titulis luculentissime id evincitur, eodem tempore, quo Orchomeniis οι priscum in υ sit delapsum, etiam reliquorum oppidorum incolis hanc mutationem placuisse. En habes titulorum testimonia: In tit. 13 Orch. et 181 Acraeph. eiusdem Philocomi Boeotarchae anno exaratis, neque aliter in tit. 182 Acraeph. — qui propter eiusdem vatis nomen, quod fit obviam in tit. 181, 4 et 182, 8: Ὀν(ο)υμάστω Νικολαΐω Θεισπιεῖος, paulo tantum his est recentior — formae in οι exstant servatae neque is sonus ea aetate aut Orchomeniis aut Acraephiensibus in υ abierat. — Tit. 14 Orch. ea aetate exaratus, qua υ novicium in οι soni locum subrepere coepit (vide tab.), aequalis est titulo 492 Tanagr. (vide p. VIII). Exstant in illo sex formae in οι, tres in υ; in hoc titulo septem in οι, in υ nulla. — Verum quominus concedamus, ea aetate, qua titulus noster lapidi sit incisus, unum οι sonum in Tanagraeorum sermone regnasse, prohibemur titulis aequalibus in iudicium vocatis. Ac titulus 491, cum supra nostrum in lapide exstet exaratus, aliquanto certe ante hunc scriptus in omnibus vocibus οι antiquum servavit. At tit. 489 eodem archontis anno, quo tit. 491, eodem potius die confectus praeter quattuor formas in οι tres adscivit in υ. Unde efficitur, etiam eo tempore, quo scriptus est tit. 492, in Tanagraeorum aeque atque in Orchomeniorum sermonem υ novicium in οι soni locum se insinuare coepisse. — Adde titulos 21 Orch. et 162 Hyett. eodem Ctesiae Boeotarchae anno exsculptos, quorum neuter merum οι servavit, uterque υ sonum corruptum arcessivit. — Quae cum ita sint, veritatis speciem prae se ferre videtur sententia, οι soni in υ attenuationem in omnibus Boeotiae oppidulis una eademque aetate esse factam.

Titulum vero nostrum cum Beermanno (l. c. p. 6) et Meistero Fleckeis. ann. l. c. p. 516, 7) ad aetatem satis reconditam reicere non licet cum propter formam vulgarem ἀίδοντος (= ἀείδοντος) v. 4, tum propter genetivos adiectivorum cognationis loco strenue adhibitos. Cernitur, eum aetate illa multo esse recentiorem, qua Υ littera ad u sonum exprimendum usurpabatur (vide p. XXIV). Quae cum ita sint, Υ litteram et in hac voce et in Ἰαρώνυμος in eod. v. et in Διωνύσοι v. 2 υ sonum vulgarem significare contendo.

Iam si quaerimus, quo tempore haec mutatio sit orta, animadvertitur tituli Aegosthenensis inter a. 223—202 a. Chr. exarati (vide p. VIII) sermonem οι soni in υ attenuationem respuere, omnino exhibere dat. sing. II decl. — nam ceteras formas etiam ad Megarensium sermonem relegare licet — in οι desinentes: v. 2. 11. 16. Quae formae tituli sonis e Megarensium dialecto petitis distincti (vide haec: ε = ι ante voc. καλέονθι v. 7 (: παρ-ίωνθι 4). η = ει: ἐπιδή 2. ἐκτεθήκανθι 6. σ = τ: Σιφεῖες 5. Σιφείων 2. 5. 10. 12. υ = ου: συνόδως 7. θυσίας 12. ὑπαρχέμεν 13 (: κουρωθείει 14). δαΐζοι = δαΐδδοι ibid.) ex hac fluxisse nequeunt, quoniam Doridi mitiori formae in ωι erant adamatae (vide τῶι δάμωι v. 19. 20. αὐτῶι 21).

In titulis vero eiusdem aetatis 16—22 Orch. (vide p. VIII), qua etiam scripti videntur tituli 159. 160. 164. Hyett., praeter οι sonum υ se insinuavit, ita ut in non nullis sonum genuinum plane expulerit (21. 22. Orch. et in Hyett.). Qui tituli cum omnes annum 223 a. Chr. non excedant, si forte ca. a. 220 a. Chr. sunt exarati, apparet οι soni in υ mutationem in Boeotorum sermone ante a. 230 maxime a. Chr. n. factam esse non posse.

Quae sententia non infringitur titulorum 316. 317 Theb. sermonis condicione, quorum ille a. 175 a. Chr., hic inter illum atque a. 171 a. Chr. scriptus est (vide p. XI). Exhibent hi tituli formis vulgaribus inquinati permultis dativorum exempla per OI litteras scripta haecce: τοῖ δάμοι 316, 3. [αὐτ]οῖ 7. — τοῖ δ[άμοι 317, 3. αὐτοῖ 7. — At cum αὐτῶι fiat obviam 317, 13 atque a quadratario neglegentissimo littera O pro Ω haud raro sit exarata — ἰόσας 316, 11. -ονος 15. πολέμο 317, 9. Ἀσωποδώρο 15 — etiam formas in OI desinentes ad communem dialectum relegandas contendo litteris OI pro ΩI per vitium exaratis. Nec sane cogitari potest, Orchomeni et Hyetti ca. a. 230 a. Chr. οι sonum in υ esse attritum, Thebis vero usque ad a. 170 a. Chr. sonum vetustiorem esse servatum (cf. p. XII).

b) de αι et οι sonis ante vocales positis.

AI et OI litterae ante vocales exstantes per omne aevum locum tenuerunt. Eam puto ob causam, quod ante vocales ι sonus diphthongos claudens apud Boeotos sicut apud ceteros Graecos ad j sonum proxime accedebat; cui sono cum

Graecorum aures non favisse constet, saepissime plane neglectus est.

Est vero, ubi αι sonus etiamsi ante vocales positus vim genuinam servarit, ut posteriore tempore in η sit mutatus; unde fit, ut delabente aetate ante vocales AI (αj intell., cum tunc temporis mera diphthongus in η abierit), α (extruso nempe j sono), η (ex αι diphthongo attenuatum) promiscue reperiantur. Nec tamen ullam in his scripturis legem atque constantiam deprehendere licet. cf. Ταναγρῆος 65, 24, 27. Ταναγραῖος v. 25. Πλαταεῖος et similia saepenumero.

Easdem fere mutationes ante vocales posita subiit οι diphthongus. Tamen id discriminis intercedit inter αι et οι soni attenuationem, quod — cum αι genuinum et in αj et in α et in η abierit — οι diphthongo mutationes tantum in oj (eo nempe tempore, quo omne οι in υ delapsum est, OI litteras, ubi in titulis occurrant, non in οι merae diphthongi, sed in oj soni adulterini vim accipiendas esse, pro certo adfirmare licet) et ο (elisa j consona) adamatae fuerunt eaedemque promiscue adhibitae.

TOI voculam, ubi obviam fiat in catalogis militaribus, in τοῖ (= τοιί) vim esse accipiendam neque τοί significare inde concluditur, quod in titulis recentioris aetatis semper τυί forma iota demonstrativo praedita, nunquam simplex τό deprehenditur.

Contra in omnibus etiam infimae aetatis titulis Boeotorum nomen Βοιωτ- semper neque umquam Βοωτ- scriptum legitur.

III. De u (Υ, ΟΥ) *sono in* ιου *depravato.*

a) Υ, ΟΥ.

Et Boeotos et Lacones u sonum genuinum retinuisse, ceteros Graecos in ü debilitasse docent grammatici [1]). Qui sonus in titulis vetustioribus per solam Υ litteram, in recentioribus more ceterorum Graecorum per ΟΥ scriptus invenitur.

Cuius scripturae mutationis ansam Beermann l. c. hanc fuisse ait: „quia appetebant, ut in litterarum pronuntiationibus sibi conveniret cum Atticis, quorum ΟΥ eo quidem tempore iam μο-

---

[1]) Meister, „griech. Dialekte“ I p. 231 [2]). (Ahrens II p. 124sqq.).

νοφθόγγως ū dicebatur." — Atque de hac quidem causa, cur Boeoti mutarint scripturam, ego libentissime concedo; iam vero esse improbandam, quam alteram Beermann attulit causam: ea aetate Boeotis iam opus fuisse signo Υ ad ü sonum significandum, in quem interea abierit οι diphthongus, — ipsis titulis evincitur; quippe quibus aperte demonstretur, multo demum post novam litteraturam a Boeotis receptam — ca. a. 230 fere a. Chr. n. (cf. p. XXI) — οι in υ abiisse. Itaque hoc unum tenendum: nulla alia de causa, quam ut sibi cum ceteris Graecis conveniret, Boeotos priscam litteraturam sprevisse, adscivisse Ionicam.

Nec tamen proxima aetate post novam litteraturam in usum receptam hoc scribendi genus apud Boeotos adeo invaluit, ut lapicidae noviciorum ductuum omnino rationem haberent. Imprimis u sonus Boeotorum maxime proprius etiam multo post Υ littera scriptus invenitur. — Ac titulus eorum, quos certis annis adscribere licet vetustissimus 65 Lebad. circa vel aliquanto ante a. 370 a. Chr. exaratus (vide p. V), ceterum litteratura Ionica perfectissima scriptus praeter Υ scripturae plurima exempla unum exhibet in ΟΥ v. 26. — In censum non venit propter mixtam sermonis speciem tit. 308 Theb. victoriam Leuctricam laudibus extollens. Utrumque titulum a quadratario sive Attico sive Ionico exsculptum videri tuo iure contendas, praesertim cum Ε littera ει sonum significans in titulis multo recentioribus deprehendatur (cf. tit. 309 Theb. 7 Orch.).

Circiter a. 350 a. Chr. confectus tit. 309 Theb. per Υ scripta sex exhibet exempla: v. 1. 10. 11. 24. 12. 22 [1]); duo per ΟΥ: v. 4. 9. — In eiusdem aetatis titt. 310 Theb. 268 Leuctr. solum Υ deprehenditur. Quae littera exarata invenitur quater in tit. 11 Orch. anno 330 a. Chr. tribuendo: v. 6. 8. 11. 14; — ter ΟΥ: v. 5. 7. 9. — De vocis fragmine -ύξενος v. 7 non liquet, utro modo sit restituendum; nec licet pro certo adfirmare, num Πο-litterae v. 5 Πο[υθ- sint supplendae.

In tit. Aegosth. 1 temporis spatio inter a. 223—202 a. Chr. intercedenti tribuendo ΟΥ deprehenditur v. 14. Formae in Υ quae occurrunt v. 7. 12 ad Megarensium potius sermonem rele-

---

[1]) Excipienda sane nomina peregrinorum, quorum sermonis species in Boeotorum titulis saepenumero religiose servata deprehenditur. Vide gen. in ου in peregrinorum nominibus Doridi mitiori faventium et in hoc tit. v. 19. 25 (cf. Meister V p. 193) et in tit. 65 Lebad. Cf. etiam pp. XIX. XXVI notas.

gandae videntur, cum veri similitudinis speciem prae se non ferat, usque ad a. 200 fere a. Chr. Υ et ΟΥ scripturas fluctuasse.

At tamen sat est difficile accurate definire terminum, ultra quem scriptura vetustior quadratariis non placuerit, cum in mediae aetatis monumentis non liqueat, utrum Υ littera in soni genuini u an in vulgaris ü vim sit accipienda. Verum cum constet has formas iam inde ab a. 370 a. Chr. de principatu certasse (vide tit. 65 supra memoratum) primum non est verisimile, illam scripturae ambiguitatem integrum saeculum superasse; dein e titulorum sermone alias formas vulgares aut aversanti aut adsciscenti de Υ litterae vi ac significatu admodum certum fit iudicium. Qua de causa, quae huius scripturae exempla exstant in tit. 16 Orch. neque sonos vulgares plane respuenti eodemque praeter u sonum ιου novicium hic illic ostendenti (vide tab.) formas vulgares habere licet. Qui titulus cum inter a. 221—205 a. Chr. exsculptus sit, ea saltem aetate Υ litteram ad significandum pristinum sonum iam non fuisse adhibitam cernitur. Quam multo ante hanc aetatem ΟΥ litterae Υ vetustam expulerint, haud aeque perspicitur. Nec tamen annum maxime 250 a. Chr. veterem scribendi morem excedere est probabile.

b) ΙΟΥ.

Labente aetate in ου soni locum — et longi et brevis — ιου = jóu adulterinus subrepsit [1]). Quem sonum imprimis post ν, λ et dentales consonas δ, τ, ϑ locum habere exemplis propositis demonstravit Meister Fleckeis. ann. l. c. p. 523 [cf. „griech. Dialekte“ p. 233 sq.].

Verissime de ratione, quando ου ponatur, quando ιου, Beermann l. c. p. 57, hoc proferens: promiscue ου et ιου usurpari. Qui si hoc dicit: „Unde equidem non collegerim, re vera Orchomenios etc. tali pronuntiationis inconstantia usos esse (Ahr. II, 519), sed scriptores potius aequabilitatem scripturae non curasse“ — equidem ita potius iudicandum censeo: eo tempore, quo ου et ιου promiscue in lapidibus exarata occurrant, fieri non potuisse, quin etiam in vulgi sermonem ιου recentius in ου vetustioris locum se insinuare inciperet, ut aliquamdiu hi soni de principatu dimicaverint. Si enim quadratarii has formas in

[1]) De j parasitico in voce -δοτος = -ζοτος vide p. XXVIII[b]).

vita cottidiana non promiscue usurpassent, plane non potest intellegi, quanam re moti in exarandis his sonis variaverint.

Sonus novicius ιου nisi in titulis sat recentibus non deprehenditur. Inrepsit vero in tit. 13 Orch. sermonem, ubi inter permulta soni u per Υ et ου scripti exempla unum exstat in v. 18 per ιου exaratum. Qui titulus certe medium tertium a. Chr. saec. non excedit. Dein saepius hic sonus fit obviam, quem ca. a. 200 a. Chr. maxime viguisse argumento sunt tituli Hyetti reperti.

Titulis Thespiensibus, Thebanis, Plataeensibus, Tanagraeis nisus erit fortasse, qui contendat, civitates ad Atticae fines propius accedentes minus favisse sono adulterino. Nec tamen ita licet statuere, cum hi tituli u soni exempla perpauca suppeditent, inter quae pro numero eorum hic illic ιου sonus deprehenditur.

Quo vero iure Beermann l. c. p. 56 haec contendat: „Imprimis in titulis Orchomeniis, deinde in Coron. Alalc. Theb. ιου pro ου (υ) sive brevi sive longo subinde scribitur“ — non est perspicuum.

IV. De ε ante vocales in ι mutato.

Sat vetusto tempore in Boeotorum sermone ε soni vice ante vocales positi ι sonus tenuior fungi coepit. Quam sonorum commutationem inde originem duxisse est credibile, quod primum post ε sonum ante vocalem insequentem j sonus parasiticus se insinuarit, dein εj soni in simplicem vocalem ι coaluerint. — Pari ratione ϝ sonus parasiticus inrepsit in voce Βακεύϝας in tit. 1 Orch. — Cuiusmodi formationis haec inveniuntur exempla: ϝεϝυκονομεjόντων (ad similitudinem part. praes. formatum) 16, 24 Orch. ἀνέθεjαν in compluribus titulis Acraeph. et Plat. Θεjόσδοτος 178a Acraeph. Πρωτογένεjος, Κλεοφάνεjος 250, 4 Thesp. Μενεσθένεjος 275, 9 Plat. Θεjογίτα 295 Theb. — Qui idem sonus parasiticus deprehenditur in terminationibus -έως et -κλέους e sermone vulgari petitis: Θεισπιέjως, Πλαταιέjως 182, 5. 6 Acraeph. (cf. Κορωνέως v. 1), Καλλικλέjου[ς 244, 27 Thesp. — Non nunquam (ε)j (= ij, j) sonum in exarandis titulis antecedente consona insequente vocali plane neglexerunt quadratarii; vide haec exempla: ἱαραρχόντων 27, 3. 28, 3 Orch. Ξένος 159, 8 Hyett. Μνασιγένος 174, 8 Cop. Φενάταν 187, 4 Chors. — cf. Meister „griech. Dialekte“ p. 244 sqq. — Neque alia de causa is qui tit. 11 Orch. ca.

a. 330 a. Chr. n. lapidi incisit, in vocibus ϝιλαρχίοντος v. 3, Τελεσάρχιος v. 10 primum I litteram praetermisit (vide app. crit.).

In titulis anno 350 a. Chr. vetustioribus — quo fere tempore prisca litteratura omnino abolevisse est putanda (vide tit. 309 Theb. et anno 330 a. Chr. confectum 11 Orch.) — ε servatum exstat in hisce: 60, 5. 64 Lebad. 237, 2 Thesp. 268, 2 Leuctr. 286 Theb. 381. 383c 8. 15. d 10 Tanagr. In aequalibus fere titulis ι reperitur: 6 Orch. 63 Lebad. 222 Thesp. 289. 307 II, 2. 309, 3. 23 [1]) Theb. 347. 376 Tanagr. Unde apparet etiam ante novam litteraturam receptam in ε soni locum ι inrepsisse.

In recentioris notae titulis ι sono campus patet latissime. Atque tituli Orchomenii omnes fere — praeter 17—19 — ε ante vocales in ι verterunt, ε haeret in tit. 11, 14 a. 330 a. Chr. confecto (at ι exstat in v. 2. 3. 4. 5. 11 bis). — In titt. Chaer. tertii et alterius a. Chr. saec. ι locum tenet. — ε in ι mutatum exhibent titt. 66. 66 a. Lebad. circa medium tertium a. Chr. saec. exarati et 68. 72a et b illis recentiores; 72 bis ι (v. 1. 2), semel ε vulgare (v. 3); quod idem deprehenditur in tit. 70, 1 neque hoc ab a. 150 a. Chr. longius recedenti et in incertae aetatis tit. 86. Recentissimae notae est tituli 68 subscriptio v. 14: Θεόδοτος ἵππαρχος. — Tituli Hyettii ca. a. 200 exarati omnino praebent sonum attenuatum ι. — In tit. 169 Cop. medii tertii saec. quinque formae in ι, ε vulgaris exemplum unum (v. 28) invenitur. In eiusdem urbis tit. 170 paulo recentiore formae in ι bis, in ε semel occurrunt. — In tit. 182 Acraeph. medio tertio saec. lapidi inciso v. 3 obviam fit sonus peregrinus. In 181 aequali et 184 recentiore ι est servatum. Tituli Thespienses annum 230 a. Chr. omnes fere non excedentes inter maximum numerum formarum e dialecto Attica petitarum ε semper suppeditant, quod in sermone hominum Atticae finibus tam propinquorum non mireris. Idem sonus, in titulo quarti fere a. Chr. saec. 237, 2 bis qui deprehenditur, utrum priscus Boeoticus an novicius sit habendus, non liquet.

---

[1]) Θεο- v. 18 in nomine hominis peregrini in censum non venit (cf. p. XXIII not.), neque Καλλέας in tit. 16, 167 ut in homine Thespiensi, quorum sermonem sat maturo tempore formis vulgaribus intermixtum fuisse docent tituli. Itaque quae exstant Thespiensium nomina in Θιο- vss. 167—169, ad Orchomeniorum sermonis similitudinem confecta sunt. Neque offendit Πουθέαο in nomine hominis Tarentini 32, 22 (:ι in vss. 2. 12). — Dubia sunt Ἐτέαρχος in titulo pessime tradito 37, 6 et -στέαο 34, 5 Orch.

Tit. 274 Plat. ca. a. 200 a. Chr. exsculptus ε praebet v. 5. — In Thebanorum quoque sermonem ε vulgare inrepsisse, dein aliquamdiu cum ι sono de principatu dimicasse, altero demum saec. plane eum expulisse titulis demonstratur. — Atque in tit. 310 post a. 250 a. Chr. non exarato ε reperitur in v. 5: item sonus vulgaris deprehenditur in titulis 313. 314; ι in 313a. Uterque reperitur in tit. anni 175 a. Chr. 316; ε v. 1, ι v. 11. 12; — solum ι in titulo fere aequali 317, 14. In ceteris ε vulgare locum tenet.

Etiam in Tanagraeorum sermonem ε mature se insinuavit. Nec tamen in dialecti speciem titulo 387 suppeditatam inrepsit. ε ostendunt tituli 402. 455 alterum a. Chr. saec. excedentes et 503, 3 (at ι 5. 9) a medio altero a. Chr. saec. vix recedens. — Unde elucet, hunc sonum a Tanagraeis acerrime esse servatum etiam tunc temporis, cum plurimas formas vulgares arcessiverint, ut quando ε vulgare ab eis coeptum sit scribi, e titulorum exemplis evinci nequeat.

Quibus circumspectis id cernitur: circa medium quartum a. Chr. saec. in Boeotorum sermone in ε prisci locum ι successisse; inde a medio tertio saec. praeter Tanagraeos iterum illum sonum e vulgari dialecto petitum eis adamatum fuisse. Itaque audacius quam verius Beermann l. c. p. 19: „Primae ε in ι verterunt Tanagra, Orchomenus (Chaeronea, Coronea); secuntur Lebadea, Copae; perdiu ε retinuerunt Thebae et Thespiae.“

V. De aliquot sermonis inconstantiis.

a) De ς in vocabulorum exitu abiecto.

ς sonum in fine vocabulorum non nunquam in sermone aliquot Graecorum gentium elisum fuisse, docent grammatici[1]); cf. nominativos I. decl. in α desinentes, velut ἱππότα, νεφεληγερέτα, alios. — Ex titulis vero cernitur, hanc pronuntiationis socordiam Boeotis quidem ea aetate, qua scripti sunt tituli, neque in omni genere vocabulorum neque in his ipsis vocabulis semper placuisse, ut certa quaedam lex, quando pronuntiatum sit ς, quando non pronuntiatum, proferri nequeat. — Hic sonus neglectus occurrit vero in vocibus in -εις in titulis hisce: 2. 11, 4

---

[1]) vide Meister, „griech. Dialekte“ p. 160[1]).

(anni 330 a. Chr.) 13, 12. 17, 10? 18, 30. 54. 70. 37, 5 Orch. 68, 4 Leb.? 169, 26 Cop. 216 Thesp. 307 I, 9. 12. 312, 3 Theb. 383c 4. 387a 22. b 19 Tanagr. — ς scriptum invenitur sexcentiens. — De hoc sono in terminationibus in -ας, -ος, -ευς perdito non constat; cf. Meister „griech. Dialekte" p. 272.

Unde si quis concludat, Boeotos aeque atque Romanos antiquis temporibus ς in fine vocabulorum tam ambiguo sono pronuntiasse, ut modo litteris traditum sit, modo neglectum, recentiore tempore omnino hunc sonum locum tenuisse, ego quae contra dicam, non habeam.

b) De vocibus Διόδοτος, Θεόδοτος.

Quem ad modum dentalibus consonis ante sonum obscuratum uj sonus erat adamatus (cf. p. XXIV), ita δ ante sonum o illi consanguineum in vocibus Διόδοτος, Θεόδοτος non nunquam j sonum parasiticum arcessivit. Vide Διοιδότω transpositione j soni e Διο-δjότω ortum 152, 6 Hyett.; quae vox in Διωδότω abiit in tit. 149, 11 eiusdem urbis. Neque aliter [Θ]ειδοτίω e Θε-δjοτίω ortum est in tit. 15, 20 Orch. Θείδωρος Θ[ει]δώρω 252a 15 Thesp.

Saepius δj sonus solemni apud Graecos more (vide Curtius, Grundz. d. griech. Etym. [5]p. 107) in ζ abiit [1]), cuius mutationis haec exstant exempla: Διόζοτος 173, 20 Cop. Διοζότι[ος 307 I 9. Θεοζότιος 310, 5 Theb. Θεόζοτος 383c 15. Θιό]ζοτος 387a 17. Θιοζότα 317b 8 Theb. 453. 454 Tanagr.

Θειόσδοτος reperitur in tit. 178a Acraeph.

ζ sonus σ consanguineum sibi adscivit in voce Θεόσζοτος 402 Tanagr. (cf. Βυσζάντιοι 309, 20 Theb. Βυζζάντιοι in tit. Attico R 1304 col. 4, 6).

Est ubi Θεο- in Θε- corruptum deprehendatur; cuius formationis exempla haec reperiuntur: Θεδωρίδαο 182, 7 Acraeph. (at Θιοτέλιος 184, 3). Θεδώρα 241, 25. Θέδωρος 26. 244, 26 Thesp.; at Θεοδότω 239, 3. — Cuius Θεο- voculae in Θε- correptae exempla plurima exstant in titulis Megaricis, cf. Aegosthenensium 3, 5 bis. 34a 14. 18. 34b 24 in append.

c) De ε *ante* σ *impurum in* ει *dilatato* (Θεισπ-, -φειστ-).

In Thespiensium nomine ε vocalis non nunquam in ει diphthongum dilatata est. Cuius vocis exempla quae exstant

[1]) Trita ac vulgata est omnis δ in ζ (= δj) mutandi consuetudo in dialecto Eliaca.

haec sunt: Θεσπιεῖος 15, 9. 16. Θεισπ- 16, 24. 27. 44. 57. 125. [127|128.] 137. 148. 152 168. 169. 171; Θεσπ- [76] 170. Orch.; Θεισπ- 166, 4 Hyett.; Θεσπ- 181, 1. Θεισπ- 4 bis. 182, 5. 8 Acraeph.; 242, 4|5. 245, 3. 246, 3. 247, 5. 248, 2. Thesp. Θεσπ- in huius urbis tit. 250, 3. — Dein Θεισπ- in tit. 274, 7 Plat. — Item Θεόφεστος 16, 119. Θιόφεστον v. 27. 37; Θιόφειστος v. 167. 169. Θι[ο]φεστία[ο] 12, 41 Orch.

Huius dilatationis ansam cum Io. Schmidtio „Vokalismus der indogerm. Sprr.“ I. p. 112 ad insequentem sibilantem referre non dubito. — Vide quae attulerunt exempla aliunde deprompta Fuehrer l. c. p. 24. Meister l. c. V p. 213.

VI. De formis vulgaribus.

Cum tituli Boeotici qui exstant omnes fere aetate Macedonica sint confecti, fieri vix potest, quin qno propius unusquisque titulus ad aetatem dominationis Romanae accedat, eo pluribus formis e sermone vulgari petitis sit inquinatus. Quas omnes hic enumerare longum est. — Harum formarum etsi plurimas ad certas leges revocare non licet, cum aut magistratuum, qui titulorum exempla conscripserint, aut quadratariorum, qui lapidibus inciserint, neglegentiae debeantur, tamen dubitari non potest, quin haud paucae dialecti formas genuinas in dies magis expulerint.

a) De υ sono vulgari, qui a medio fere tertio saec.[1]) in ου soni meri Boeotici locum se insinuasse est putandus et

b) de ε sono vulgari eodem fere tempore a Boeotis usurpato vide quae dixi pp. XXIV. XXV sqq.

c) De ϝ sono controversia est, utrum in titulis Boeoticis suo iure locum teneat, an ad antiquitatis speciem sit exaratus. — Quam posteriorem sententiam Clemm „Kritische Beitrr. zur Lehre vom Digamma im Anschluss an dessen Wiederherstellungsversuch bei Hesiod“ (Curt. „Studd.“ IX, de titulis Boeoticis agens pp. 426—440) totus amplexus est. — Mihi contraria constat sententia. (Vide quae de fide antiquitatis monumentis non temere abroganda disserui p. IV.) — Nec tamen in titulis labentis aetatis unumquodque ϝ esse retentum potest exspectari, sed interdum aeque atque alios sonos Boeotis proprios abolevisse est putandum. Id quod titulis demonstratur. Neque vero est

---

[1]) Υ litteram in titulis vetustioribus ου sonum significare exposui p. XXII sq.

offensioni, quod cum in Ionum et Atticorum sermone ϝ sonus iam pridem esset exstirpatus, vivebat ac vigebat in oribus Boeotorum [1]).

Atque in mediis praecipue vocabulis aetate admodum vetusta ϝ abolevit, cum huius consonae in vocibus, quarum stirps in -εϝ- desinit, servatae exemplum exstet nullum. Immo eliso ϝ per productionem compensatoriam η vocalis nascebatur, quam Boeotis in ει abiisse nemo ignorat (cf. βασιλέϝ-ος, βασιλῆ-ος, βασιλεῖ-ος). Qua in re admirationem movet Lebadensium nominis inconstantia, quod formatum non est — sicut Κορωνεύς, Θεσπιεύς alia — a stirpe in -εϝ-, immo ab ipso urbis Λεβάδεια nomine deductum. Dativi enim pluralis forma iustae legi adstricta Λεβαδείοις (nempe e Λεβαδέϝ-οις, Λεβαδή-οις solita in hoc casu declinationum confusione — de qua vide prae ceteris Fuehrer l. c. p. 28 sq. — orta) non reperitur. Exstare videtur Λεβαδειαίοις in tit. 60, 1 a nominativo Λεβαδειαῖος formatum, Λεβαδειήοις iusta αι soni in η mutatione 67, 1. 68, 1; genetivus Λεβαδειήων 66, 1. (65, 1). — Λεβαδηίω genet. sing. forma si revera suppeditatur tit. 182, 7, cuius sermo sibi non constat, lapicidae vitio potius tribuenda, quam e Λεβαδαιίω, quod explicatione caret, repetenda [2]).

---

[1]) Hunc sonum etiam in mediis vocabulis a. 386/385 a. Chr. ab Idaliensibus Cypriis religiose servatum fuisse, argumento est tit. C 118, quem ad belli aetatem ab Evagora Salaminiorum rege, qui totam fere Cyprum insulam suae dicionis fecerat, inter a. 394—385 a. Chr. cum Persis gesti revocandum esse comprobatur Diodori testimonio lib. 14, 98 (ad ol. 97, 2 = 391 a. Chr.) haec enarrantis: „(Εὐαγόρας) τῶν μὲν ἄλλων πόλεων ταχὺ τὴν ἡγεμονίαν παρέλαβεν· Ἀμαθούσιοι δὲ καὶ Σόλιοι καὶ Κιτιεῖς (cf. C 118, 1) ἀπέχοντες τῷ πολέμῳ πρέσβεις ἀπέστειλαν πρὸς Ἀρταξέρξην τὸν Περσῶν βασιλέα περὶ βοηθείας κτλ. — dein lib. 15, 4 (ad ol. 98, 3 = 386 a. Chr.): Οἱ δὲ Πέρσαι (cf. Μᾶδοι 118, 1) τῇ ναυμαχίᾳ (ad Citium commissa Evagoram) νικήσαντες εἰς Κίτιον πόλιν ἀμφοτέρας τὰς δυνάμεις ἤθροισαν. ἐκ ταύτης δ' ὁρμώμενοι πολιορκίαν συνεστήσαντο πρὸς τῇ Σαλαμῖνι καὶ τὴν πόλιν ἐπόρθουν κατὰ γῆν ἅμα καὶ κατὰ θάλατταν.“ — Hoc anno Idalium quoque urbem a Persis Citiensibusque eorum sociis esse expugnatam et denuo subactam (κατέϝοργον v. 1 = καθεῖρξαν, circumvallarunt, obsiderunt) procul dubitatione est positum. Quae sententia firmatur titulo alio Idaliensi M. Schmidt, „Samml. kypr. Inschrr. in epichor. Schrift.“ Jena 1876 n. II: . . . . βασιλέϝος Μιλκιάθωνος Κετίων κὰ Ἰδαλίων βασιλεύ[οντος . . . ., quem regem a. 385 usque ad a. 370 fere a. Chr. Citii regnasse constat (vid. Deecke — Siegismund in Curt. studd. VII. 1875 p. 235). — Unde probatur a. 386 a. Chr. Evagora rege devicto ab Idaliensibus hoc decretum esse factum.

[2]) Scrupulum adhuc movet viris doctis Ἐρϝαοίοις vox in tit. C 115

Διο-[1]), Διί (Δί) sine ϝ exaratum exstat in omnibus titulis; ἀίδοντος e vulgari ἀείδοντος ortum 24, 4. 25, 3 (at ἀϝυδός merum Boeoticum 32, 11. 15. 19. 21. 23. 25.); εὐεργέτης in omnibus titulis (at ϝεργ- 159, 9. 160, 16 163, 8. 383c 5. — Γεωργοφιλίω ex Atthide petitum in tit. 170, 3; quae vox in Boeotorum sermone Γαοϝεργοφιλίω sonare debuit); Εὐίστιος 169, 24 (at ϝίστορες compluriens). — Εὔοινος 239, 4 errori lapicidae tribuendum pro Εὐθοίνω (v. 3) vitiose exaratum. [Exemplorum numerum ampliavit Meister „griech. Dialekte" p. 257, 2].

Vocem ξενο- (προξενία, πρόξενος et in nominibus propriis) in titulis Boeoticis sexcentiens occurrentem quominus pro forma genuina Boeotica habeam, impedimento est productionis compensatoriae omissae exemplum, alioquin a Boeotis strenue servatae. Quam quidem antiquitus ξενϝο- sonuisse titulorum testimonio evincitur (vide quae exempla ex monumentis collegit Renner in Curtii „Studd." I p. 171). Itaque haec formatio Boeotorum dialecto abiudicanda et sermoni vulgari tribuenda est. — ξεινο vox Boeotorum genuina (e ξηνο- orta) nisi in tit. 144, 6 Hyett. non deprehenditur. Aeolum Asianorum ξεννο- exstat in titt. 149, 11. 159, 10. 164, 10 Hyett. 529 Tanagr. — Ceteris placuit forma in ξενο- vulgaris.

Non nunquam ϝ soni etiam in initio vocabulorum neglecti exempla obviam fiunt. Vide haec: ἕς 497, 2 (Atticorum ἕξ 23, 4. 5. 12. 309, 11 ἕκτη 16, 8. 498, 1); Ἀναξίωνος 67, 2 (cui voci Meister

---

Eliaco, quam Ahr. I, 280 Ἡρϝαῴοις, Kirchhoff „Arch. Ztg." 1877 p. 197 Ἡρϝαωίοις legendam censuerunt. Nec tamen Heraeenses aliter quam Ἡραιεῖς, Ἡραεῖς audiebant; cf. Ἡραῆς in tit. Arcad. Lb 340a 28. — Quo argumento nisus equidem hanc formam Ἐρϝαοίοις (— ex Ἐρϝαέϝ-οις, Ἐρϝαή-οις eadem η soni in ει dilatatione, quae pervulgata est in sermone Boeotico, dein huius diphthongi inter sonos fuscos α et οι positae obscuratione ortam —) sonuisse iudicarim. Ceterum Ἔρϝα: Ἥρα = κόρϝα: κώρα.

In tit. Idal. C 118, 1 legd.: τὰ(ν) πτόλιν Ἠδάλιον; legitur Ἠδαλίων. At huius urbis incolas Ἠδαλιέϝες nominatos esse efficitur v. 2.

[1]) Reperitur vox Boeotorum genuina ω sono praedita (nempe productione compensatoria orta) Διώνυσος in titulis hisce: 11, 6. 13, 18. 16, 3. 10. 131. 17, 4. 7. 17. 27. 32. 18, 16. 19. 33. 46. 55. 67. 19, 2. 21, 8. 24, 2. 25, 2. 32, 2, 33, 10. 21. Orch. 123 Cor. 144, 8. 146, 3. 7 bis. 147, 11. 150, 8. 10. 13. 152, 7. 153. 1. 155, 11 bis. 157, 5/6. 158, 7. 161, 3. 7. 9. 165, 16. 167, 10 bis. 168, 3. Hyett. 169, 13 Cop. 242, 2. 309, 13. 14. Thesp. 311, 1. 6. Theb. 396. 497, 4. 509, 3. Tanagr. — Διόνυσος forma vulgaris excepto tit. 387a 6 Tanagr. nisi in titulis recentissimis non reperitur. Exstat in his: 145, 9. 150, 10. 158, 2 Hyett. 242, 2. 252b 4 Thesp. 318, 2 Theb.

l. c. VI p. 2n. 6 versui praecedenti ϝ sono adiciendo succurrere studuit); Οἰνοχίδαο 15, 18; ἕκαστος 22, 43. 51. 53. (54). 240, 6; ἰδίως 56, 3; Ἱστιήω 147, 17. Ηιστιαΐδας 383c 14.

d) Dum ϝαργο- in ϝεργο- abiit (vide s.) vox prisca ἱαρός α genuinum servavit. Vide haec exempla: 12, 29. 13, 33. 36. 18, 44 23, 2. 10. 24, 1. 27, 3. 8. 12. 28, 11. 16. 29, 1 6. 11. 30, 3. 31, 1. 5. 36, 2. 10. 33, 2 Orch. 53c 4. 8. d 3. 8. 12. 16. 19. 24. f 5. 11. 17. g 3. 9. h 2. iA 4. E 8. 54, 6. 56, 4 Chaer. 71, 9 19|20. 72a 2. 6. b 1 Lebad. 190, 5 Chors. 240, 5. 242, 2 Thesp. 269, 2 Leuctr. 309, 3. 23. 313b 1. 314, 1. 319, 2 Theb. 357. 386a 14. 405. 496, 1. 504, 3. 572 Tanagr. — ἱερ- exstat tantum in tit. 184, 7 Acraeph. recentissimae aetatis. — Similiter Ἀρτάμων, 53 fA 4 Chaer. (Ἀρτάμιδ- 51, 3. 52, 2. 53, 1 Chaer. 264 Thesp. 332b 5 Theb. 382. 484 Tanagr.) in Ἀρτέμωνα abiit in eiusdem urbis tit. 57, 4. — Σεράπει e communi dialecto arcessitum pro solito Σαράπι (Σαράπει 53d 24) exstat in titulo recentissimo 53g 10 Chaer.

e) Vox στροτ- Aeolum more α sono in ο obscurato deprehenditur in titulis hisce: 13, 6. 29|30. 18. 17, 6. 22. 18, 13. 23. 21, 10. 22, 10 Orch. 67, 6 (?) Lebad. 157, 9 Hyett. 170, 19 Cop. 190, 1 Chors. 199 Thisb. 252, 18 Thesp. 303. 307 II 8. 310, 3. 11. 313, 3. 11. 315, 8. 15. 324 Theb. 404, 2. 3. 461. 471. 537 Tanagr. — στρατ- vulgare occurrit in tit. 11, 2 anni 330 a. Chr.; 13, (32.) 34 ? (at ο v. 6. 29|30. 48. vide s.) 26, 24. 31, 3. 32, 24 bis 34, 3 Orch. 119, 4. 150, 11. 160, 9 Hyett. 206 Thisb. 252, 8. 9. (at ο 18 vide s.) Thesp. 332b 1 Theb.

f) De praepositionibus ἀνά, κατά, παρά, ποτί certum quid proferre non ausim. Verum veritatis speciem prae se fert sententia, Boeotis quoque sicut ceteris Aeolibus formas plerumque vocali in quam desinunt destitutas placuisse: ἄν, κάτ, πάρ, πότ; quas aetate admodum recenti vulgaribus locum cessisse. Atque ἄνθεσιν exstat in tit. 56, 4 Chaer.; contra ἀνάθεσιν 53c 10. d 3. 9. 14. 20. 24. e 2. 6. f 7. 12. 18. g 4. 12. iA 4. E 9. 54, 8. 55, 6. In vocibus ἀντίθειτι, ἀντίθεντι formae truncatae sunt solemnes; ἀνατίθειτι 53i E 5; K 3 Chaer. ἀγγράψη, ἀνφορά reperiuntur in tit. 16, 29. 49 Orch.

κατά praepositioni campus latissime patet in formula: κατὰ γᾶν κὴ κάτὰ θάλατταν, cuius exemplum nullum a. 230 a. Chr. exsuperat (vide tit. 14); item καταδουλίτταστη exstat in titt. 27, 10|11. 28, 14. 29, 9 aliquanto recentioribus (at τοὶ καδδαλήμενοι in tab. Olymp. C. 115, 6|7). — In uno tit. 316, 9. 10. recentissimo Theb. fortasse κάτ locum tenet: κὰ[γ γ]ᾶ[ν] καὶ κὰτ [θ]άλατ[τ]αν.

Ante articulum positae formae populares passim sunt servatae. κατὰ τόν legitur in titulo recentissimae aetatis 53g 13 Chaer.

Iam si quae tota dissertatione fusius pertractavimus brevi conspectu hic proponimus, mutationes, quas Boeotorum dialectus temporum decursu subierit, fuerunt haece:

αι, οι	pro	ᾱι, ωι	ante	a.	500	a. Chr. (?)	
η	„	αι	ca.	„	400	„	
ι	„	ει	„	„	„	„	
ει	„	η	„	„	„	„	
ι	„	ε ante voc.	„	„	350	„	
ου	„	Y	omnino	„	250	„	(350—250)
ιου	praeter	ου	ca.	„	„	„	
gen.	pro	adiect. patr.	„	„	230	„	
υ	„	οι	„	„	„	„	

Formae vulgares in omnis aetatis titulis. Inter quas ε pro ι ante voc. inde ab a. 250 a. Chr.

TABULA

ad dialecti Boeoticae mutationes illustrandas inde ab a. 350 fere a. Chr. usurpatas.

	Nr.	Titulorum aetas.	Adi. patron.	Gen. patron.	οι serv.	υ = οι	υ sonus = Y	υ sonus = OY	ιου
Orchomenus.	11	a. 330|29 a. Chr.	=	v. 11	2	—	4 (5)	3 (4?)	—
	12	ca. a. 250 a. Chr.	=	—	3	—	5	v. 38	—
	13	= 181	=	9	=	—	8 (9)	7	v. 18
	14	= 492 a. 221—205	v. 2	v. 2	5	3	—	2	—
	15	ante a. 171 a. Chr.	v. 20	—	1	—	—	v. 12	—
	16	a. 223—197 a. Chr. pauc. ann. dist. eiusd. anni = 162	—	=	20	23	—	56 (57)	6 (7) (v. 166)
	17		—	=	—	6	—	8	6
	18		3	=	2	5	—	16	v. 7
	19		—	=	—	—	—	v. 2	—
	20		—	=	1 (2)	—	—	3	—
	21		—	=	—	6	—	4 (5)	2
	22		—	=	—	5	—	—	—
	23		—	=	10	3	—	1	5
	24	a. 230—150 a. Chr. fere aequal. = 26?	—	=	1	—	—	—	—
	25		—	=	1	—	—	—	—
	26	= 25?	—	=	—	7	—	1	1
	27		—	=	—	4	—	5	—
	28		—	=	—	1	—	3	2
	29		—	=	—	3	—	3	—
	30		—	=	—	3	—	3	—
	31		—	=	—	4	—	4	—
	32		—	=	—	7	—	5	—
	33		—	=	v. 27 (Phoc.)	=	—	10	—
	35		—	=	—	3	—	3	1
	36		—	=	—	7 (8)	—	—	—
	37		—	=	—	—	—	2	1
	38		—	=	—	—	—	—	—
	39		—	=	—	—	—	1	—
Chaeronea.	50a	ca. a. 250 a. Chr.	=	—	—	—	—	—	—
	51. 53	a. 200—150 a. Chr.	—	—	—	—	—	53, 1	—
	53a		—	=	—	7	—	1	—
	c		—	—	—	ει v. 8	—	3	1
	d		—	=	—	4, ει 2	—	8	1
	e		—	—	—	ει 1	—	1	—
	f		—	=	—	2, ει 2	—	3	1
	g		—	=	—	ει 4	—	3	2
	h		—	—	—	ει 1	—	—	—
	i		—	=	—	ει 2	—	3	—
	54		—	=	—	—	—	2	—
	55		—	=	—	—	—	1?	1
	56. 57		—	—	—	—	—	—	—
	58		—	—	—	—	—	—	—
Lebadea.	66	ca. a. 250 a. Chr.	=	—	2	—	—	—	—
	66a	ca. a. 230 a. Chr.	2	=	—	—	—	—	—
	67	a. 230—150 a. Chr.	—	=	—	—	—	v. 13	—
	68		—	=	2	—	—	—	—
	70		—	(=)	2	—	—	—	—
	70a		—	=	1	—	—	—	—
	b		—	=	—	7	v. 1?	v. 2	—
	71		—	= 1	—	5	—	1	—
	72		—	—	—	1	—	—	—
	72a		—	=	—	6 (ει 3)	—	2	—
	b		—	=	—	3 (ει 7)	—	1	1

	Titulorum Nr.	aetas	Adi. patron.	Gen. patron.	οι serv.	υ = οι	υ sonus = Y	υ sonus = OY	υ sonus ιου
Hyettus.	144		—	=	—	3	—	1	3
	145		v. 10	=	—	2	—	3	2
	146		—	=	—	3	—	1	3
	147		—	=	—	1	—	—	2
	148		—	=	v. 3	—	—	1	—
	149		—	=	v. 1	2	—	1	1
	150		—	=	—	2	—	1	4
	151		—	=	v. 3	1	—	2	1
	152		—	=	3	—	—	1 (2 ?)	2
	153		—	=	2	2	—	—	1
	154		—	=	—	—	—	1	—
	155		—	=	—	2	—	3	5
	156	a. 223—197 a. Chr.	v. 3	=	—	2	—	4	2
	157		—	=	—	3	—	2	1
	158		—	=	—	2	—	3	—
	159	= append. 34a	—	=	—	2	—	1	2
	160	= append. 3	—	=	—	2	—	3	4
	161		—	=	—	2	—	2	5
	162	= 21	—	=	—	3	—	2	3
	153		—	=	—	2	—	3	—
	164	= append. 11	—	=	—	3	—	5	2
	165		—	=	v. 3	1	—	1	3
	166		—	=	—	1	—	—	—
	167		—	=	—	2	—	1 (2 ?)	1
	168		—	=	—	—	—	—	2
Copae.	169	ca. a. 250 a. Chr.	=	—	2	—	2	3	—
	170	ca. a. 230 a. Chr.	2—6	8 sqq.	(1)	—	—	1	—
	171		—	—	(1)	—	—	—	—
	172	a. 200—150 a. Chr.	—	=	—	2	—	1	3
	173		—	=	—	1	—	—	1
	174		—	=	—	3	—	2	1
	175		—	=	—	1	—	—	—
	176		—	=	—	1	—	1	—
Acraephia.	181	= 13	=	1	3	—	3	1	—
	182	ca. a. 250 a. Chr.	=	2	4	—	3 (4)	2	—
	184	a. 200—150 a. Chr.	—	=	—	1	—	2	1
	185		—	=	—	6	—	1	1
Chorsia.	186-190	ca. a. 200 a. Chr.	—	=	186, 2 189, 1	187, 2 184, 3	—	187, 1	—
Thespiae.	237	ca. a. 350 a. Chr.	—	—	2	—	1	—	—
	239		1. 2	3 sqq.	2	—	—	2	—
	239a		I, 9	=	—	—	—	I, 14	—
	240		—	=	5	—	—	—	—
	241		—	=	4	—	—	—	—
	242		—	=	—	—	—	2	—
	243		—	—	—	—	—	—	—
	244		—	=	—	—	—	2	—
	245	a. 230—150 a. Chr.	—	(=)	1	5	—	1	—
	246		—	—	—	8	—	1	—
	247		—	—	—	8	—	2	—
	248		—	—	—	4	—	—	—
	249		—	=	—	2	—	—	—
	250		—	—	—	2	—	1	—
	251		—	=	—	—	—	1	—
	252		—	=	—	—	—	a1, b2	—
Leuctra.	268	ca. a. 350 a Chr.	=	—	1	—	2	—	—
Plataeae.	273	ca. a. 200 a. Chr.	—	=	—	—	—	—	—
	274		—	=	2	—	—	2	—
Thebae.	309	a. 350 a. Chr.	—	(=)	4	—	6	2	—
	310	ca. a. 250 a. Chr.	=	1	—	—	=	—	—
	311		=	—	—	—	=	—	—
	312		=	—	—	—	=	—	—
	313		=	—	—	—	—	—	—
	313a		—	=	—	—	—	v. 8	—

	Titulorum Nr.	aetas.	Adi. patron.	Gen. patron.	οι serv.	υ = οι	u sonus = Y	= OY	ιου
Thebae.	314		—	—	1	—	—	—	—
	315		—	—	7	—	—	—	—
	316	a. 175 a. Chr.	—	(=)	—	—	—	1	1
	317	a. 175—171 a. Chr.	—	—	(vulg.)	—	—	—	—
	318		—	=	—	—	—	4	—
	319	a. 200—150 a. Chr.	—	=	—	—	—	—	—
	320		—	—	—	—	—	—	—
	321		—	—	—	—	—	1	—
	322		—	—	—	—	—	1	—
	330		—	—	—	—	—	1	—
	[333]		—	—	—	—	—	2	—
Tanagra.	387		=	—	a 1	—	=	—	—
	388—426	a. 350—250 a. Chr.	—	—	414	—	401. 404, 2	389. 412. 421	396
	427—478		—	—	—	—	445	saepius	462. 466
	479—483		—	—	—	—	—	—	483
	485. 486		—	—	485, 2. 486	—	—	485	—
	487		—	—	3	—	—	—	—
	488		—	—	2	1	—	1	—
	489		—	=	4	3	—	2	—
	490		—	=	6	1	—	1	—
	491		—	—	7	—	—	1	—
	492	= 14	—	=	7	—	—	1	—
	493		—	—	2	—	—	1	—
	494		—	—	—	2	—	1	—
	495		—	=	—	5	—	1	—
	496	a. 230—150 a. Chr.	—	=	—	4	—	—	—
	497		—	—	—	5	—	3	—
	498		—	=	—	7	—	1	—
	499		—	=	—	7	—	2	—
	501		—	=	—	—	—	—	—
	503		—	=	—	7	—	1	—
	504		—	=	—	5	—	2	—
	505		—	=	—	1	—	—	—
	506		—	=	—	1	—	—	—
	507		—	—	—	1	—	—	—
	508		—	—	—	1	—	—	—
	510—532		—	—	—	—	—	525. 526. 530. 532.	519. 527

INSCRIPTIONES BOEOTICAE.

Conspectus titulorum.

	pag.
Orchomenus (titt. 1—49 *a*)	3— 43
Chaeronea (titt. 50—58)	44— 53
Lebadea (titt. 59—93)	53— 72
Coronea (titt. 94—141)	72— 81
Alalcomenae (tit. 142)	81
Haliartus (titt. 142 *a*—*d*)	82. 83
Cyrtone (tit. 143)	83
Hyettus (titt. 144—168)	84— 95
Copae (titt. 169—178)	95—102
Acraephia (titt. 178 *a*—185)	102—105
Chorsia (titt. 186—190 *b*)	106—108
Thisbe (titt. 191—207)	109—113
Siphae (titt. 208—211)	113
Thespiae (titt. 212—264)	114—138
Leuctra (titt. 264 *a*—269)	139—141
Plataeae (titt. 270—275 *b*)	141—145
Thebae (titt. 276—333)	145—173
Glisas (tit. 334)	173
Harma (titt. 335—337)	173—175
Aulis (tit. 338)	175
Tanagra (titt. 338 *a*—571)	175—216
Tituli extra Boeotiae fines reperti et incertae originis (titt. 572—574)	217. 218
Appendix: tituli Aegosthenenses	219—224

ORCHOMENVS.

a) Tituli anno 350 a. Chr. vetustiores.

1—3 „Sur différentes pierres dans l'intérieur de l'église de la Ste. Vierge à Scripou, l'ancien Orchomène.“ — R.

1 ΕΠΙΒΑΚΕVFΑΙ
ΕΠΙΔΕVΣΟΝΙ

Ἐπὶ Βακεύϝαι
Ἐπὶ Δ[ξ]ωνι.

Leake, mus. crit. or Cambridge classical researches II p. 579 n. XXV; inde Rose, inscrr. Graecae vet. tab. XIII, 2. n. 8. 9. CIG 1639. Lk II pp. 152. 154. tab. VIII, 36. IGA 168. — R 331; inde Lb 633 = tab. VII, 18. — K p. 177 ex E. Curtii apogr. — M V p. 200 n. 1. — v. 1 Βακεύϝαι per ϝ scriptum ex crassiore vocis pronuntiatione (cf. diss. p. XXV); contra Κρατεύας 13, 43. Ἀλεύας 25, 1. 26, 2.

---

2 Vide ad tit. praeced.

ΚVΔΙΛΛΕ

Κ(ο)υδίλλε(ι).

Leake, mus. crit. l. c. n. XXIV; inde Rose l. c. tab. XIII, 7; CIG 1643. Lk II pp. 152. 154. tab. VIII, 35. R 332. K p. 177 ex E. Curtii apogr. Lb 647. IGA 258. — M V p. 201 n. 2. — De ς in fine vocabulorum ambigue pronuntiato vide diss. p. XXVII sq.

---

1. — 1 ΒΑΚΕVFΑΙ CIG. ΒΑΚΕVΙΑΙ R Lb. 2 ΔΙΨΣΟΝΙ R. item (at V) Lb.

2. — ΚVΔΙVVΕ Leake. ΚVΔΙΛΛΕ CIG. ΚVΔΙΛΛΕ Lk. ΚVΔΙΛΛΕ R Lb. ΚVΔΙΛΛΕ Curt.

3 Vide ad tit. 1.

ΚΑΛΛΙΓΙΤΟΝ

Καλλιγίτ[ω]ν.

Litteris minusculis expressit Meletius, γεωγραφία παλαιὰ καὶ νέα. Ἐνετίησι (Venetiis) ,αψκη' p. 343; inde CIG 1673. Ἐφ. ἀρχ. 799. R 333. K p. 193 ex E. Curtii apogr. quod cum ephem. concinit. Lb 634 ex ephem.; item IGA 259. — M l. c. n. 4.

---

4 Vide ad titt. 8—10.

ΕΠΑΡΙΣΣΤΟΔΙΚΑΙ

Ἐπ' Ἀρισστοδίκαι.

Vide ad titulos supra citatos.

---

5 „Une inscription tumulaire, trouvée à Orchomène.“ — R.

ΦΙΛΟΝΤΟΙΚΥΠΑΡΙΣΣΟΙ

Φίλ[ω]ν τοῖ Κ(ο)υπαρίσσοι.

Ἐφ. ἀρχ. 816. R 357. Lb 614. — IGA 297. M V p. 202 n. 5.

---

6 „Bloc cubique de pierre blanche, trouvé à Orchomène (Scripou), dans le monastère qui occupe la place du temple des Grâces.“ — R.

ΝΟΚΛΙΕΣ

-νοκλίε(ι)ς.

Meletius ibid. p. 343; inde CIG 1651. Ἐφ. ἀρχ. 796. R 364. K p. 178. K² p. 592. Lb 635. IGA 295. — M l. c. n. 3. — Ἀρ]νοκλίης? Keil. — De formatione cf. Προκλίε(ι)σσ 63. -κλέε(ι)ς 222. 383ᶜ 8. ᵈ 10.

---

7 Una cum tit. 41 „sur des pierres du mur extérieur de l'église de St. Sozon à Orchomène“. — R.

ΑΡΙΣΤΟΜΕΔΑ
ΚΕΦΑΛΛΙΣ

---

3. — ΚΑΛΛΙΠΙΤΟΝ CIG. ΚΑΛΛΙΓΕΙΤΟΝ R.
5. — ξ pro Σ R. Γ pro Π Lb.
6. — ΝΟΚΥΕΣ Meletius. ΝΟΚΛΙΕΣ Lb.

Ἀριστομε(ί)δα,
Κεφαλλίς.

Ἐφ. ἀρχ. 814. R 335. K LXVII[b] p. 176. Lb 646. — IGA 296. M l. c. n. 6.

8—10 (4) „Inscriptions funéraires.“ — Foucart.

8 ΔΑΜΑΣΣΙΣ
ΔΑΜΟΦΙΛ

Δάμασσις,
Δαμοφίλ[α vel Δαμόφιλ[ος.

9 ΗΕΡΑΙΟΔΟΡΟΣ

Ηε(ι)ραιόδ[ω]ρος.

10 ΕΑΝΑΧΙΔΟΤΟΣ

[ϝ]αναξίδοτος.

Titulos 4. 8—10 edidit Foucart, bull. de corr. hell. IV 1880 p. 99 n. 1—4. — IGA 217. 292. 294. 293. M VI p. 54 n. 6[b]—6[e].

b) Tituli inter a. 350—230 fere a. Chr. exarati.

11 „L'inscription est gravée en caractères peu profonds, mais soignés, sur un bloc de pierre qui était déposé en 1868 dans la cour du monastère de Scripou.“ — Foucart. Litt. Θ Κ Μ Ν Π Σ Ω.

Τοὶ ἱππε(ῖ)ες το]ὶ ἐν τὰν Ἀσία[ν] στ[ρατευσάμενοι
βασιλε(ῖ)ος] Ἀλεξάνδρω στρατα[γίοντος, [τῷ δῖνος
Θι]οδωρίω ϝιλαρχίοντος, Διὶ Σωτε(ῖ)ρι ἀν[έθιαν·
. . ππει Θιογιτόνιος, Μνατίδικος Ἀθανοδ[ώριος,
5 Δαμοσθένε(ι)ς Πουρρίνιος, Θιόδοτος Πο[υθιῆος ?, Δι-
ογίτων Διων(ο)ύσιος, Δορκείδας Μελαμβί[ω ? Πολο-
ύξενος Ξενοτίμιος, Ἀντιγενίδας Σιμού[λιος,
Καλλίκρων Εὐρ(ο)υφαόντιος, Ἤχμων Ἠχμόνιος, [Σιμ-
μίας Φαούλλιος, Θοίνων Τιμογιτόνιος, Διόδωρο-
10 ς Τελεσάρχιος, Καφισόδωρος Ἀρξίλλιος, Ἀπολλό-

---

11. — 1 ΑΣΙΑΙ▒ΣΤ | 2 | ‹ΑΛ- 3 -ΧΙΟΝΤΟΣ 7 ΣΙ-ΜΟΥΙ | 8 -ΝΙΟΣ‹ | 10 -ΑΡΧΙΟΣ.

δωρος Τελέσταο, Θιόπομπος Ὀλ.(ο)υμπίχιος, Θιοδε-
ξίλας Μνασικλεῖος, Καλλισθένε(ι)ς Μενάνδριος,
Ϝαναξίων Σαώνδαο,
Πανκλε(ῖ)ς Δωρόθειος, Εὐρ(ο)υβωτάδας Τάλλιος,
15 Ἑρμάιος Νικιῆος, Ἀργιλίας Λαονίκιος.

Foucart, bull. de corr. hell. III. 1879. p. 453. M V p. 205 n. 12. — Hunc titulum, quo equites Orchomenii cum Alexandro Magno in Asiam profecti Iovi Servatori de reditu in patriam gratias agunt, aut a. 330 aut 329 a. Chr. lapidi esse incisum inde probatur, quod a. 330 ad finem vergente Alexandrum milites in patriam dimisisse constat. — Confectus est titulus litteratura Ionica, nec tamen scripturae recentiores ΕΙ et ΟΥ priscas Ε et Υ plane expulerunt (cf. tit. 309 Theb. ca. a. 350 a. Chr. exaratum). De ς in terminatione -εις v. 4 omisso vide quae disputavi in diss. p. XXVII sq. Offendit inter adiectiva patronymica Τελέσταο genetivus v. 11, de quo vide diss. p. XIII.

---

12 „Marbre placé hors de la porte de l'église de Scripou (le temple des Grâces à Orchomène).“ — R. Litt. Α (Α) Κ Μ Γ (Π) Σ.

I Θ ι ό ς·
τοὶ σ(ο)υνεβάλονθο ἐν [τ]ὸν [θεισαυρὸν τῶ
Ἀσχλαπιῶ, ἀρχόντων .οθιο . . . .
δότ[ω] Ὀ*λ(ο)υμπιχίω, Παν[τ̣ε̣]ρέπ[α̣]ο Νο-
5 οιαλίω (?), Θιογνειτίδ[αο] Θιογνειτίδ[α]ο· [γρ-
αμ[μ]ατίδοντος ΟΣΟΙΤΩΝ - - - - - - -
λίδαο, ἀρχι[ερεύ]ον*τος (?) - - - - - - -
Ἀριστίων Ἰω . . . - - - - - - - - δοτος
- - - - ς Σ, Παν(ο)ύασι[ς] (?) ΙΔΑ - - - - -
10 ειτίδας
ΡΓΙΔΙδ[α]ο
Ποτοίλα
Ἀθαν - - -
Ὀνάσιμος Θιο[γ]ιτόνιος

---

12. — 2 ΤΟΙΙ.ΥΝ - R. ΙΟΝ R Welcker. 4 | ΔΟΤΟΟΣ-ΛΥΜ - 5 - ΤΙΔΔΘΙΟ - ΤΙΔΔΟ | 6 | ΑΜΛΙΑΤΙΔ - 7 ΑΡ-ΧΙΤΙ . . . ΟΝΓΤΟΣ | 9 - ΣΙΞΙΔΑ | 11 | ΡΓΙΔΙΔΔΟ | 14 Ι pro Γ.

15 θιος Ἀπολλοδώριος
Τιμόκλια Ἀ - - -
παμ[ει]λος, Φιλοκράτεις
λόδωρος Μ(ο)υρίχιος
κρατίδας Διο - - -
20 τίδ[α]ο Σ, Διοκλίδας
δα ΙΑΤΙΟΑΟΙ
νόδωρος Ἀν[τ]ιχάρ[ι]ος, Ὀλ(ο)υ-
Λ(ο)υσίας Φιλ - - - - - - - Ηραξιλ-
ος ΗΚΟ ΩΝΙΩ - - - - - - - Διότιλ-
25 τος Μνασικ[λεῖος? - - - -] πα-
μόστιος ΙΙΔ
Πάνθια Στροτιν[ικία?
πιος, Διογίτων / ΔΟ
Ὁμολώιχος Ἰαρο-
30 νιος ΟΘΟΔΔΙ
Νικῖνος [Π]αντ-
αντί[ας] Μνασιο-
Καφισόδωρος Δ-
Ἀθανόδωρος Ι-
II 35 Τ[οι]ὶ σ(ο)[υν]εβάλο[νθο ἐν τὸν θειταυρὸν τῶ Ἀσχ-
λαπιῶ, ἀρχόντων
γαλματων ο - - - - - - - Ω
ρετίδαο, Πουθίω Α Γ ΝΑΝ
Εὐάρχα Φιλιππίδα[ο
40 ώνιος Η, Ἀπολλόδωρ[ος
Ἀθανὶς Θι[ο]φεστία[ο]
κλίδαο ΙΙΙ, Ποταμμει-
Τιμοκράτεις ΔΥ ΔΩ
Ἀντιππίδαο ΙΙΙ, Δ - - - - ΣΕΙ
45 Καλλικρίταο ΙΟΙΕ
[Θ]ιογένει[ς] ΑΙΗΧ ὁλ[κάς (?)
[Θ]ιογένεις Χ ὁλ[κάς?

R 898. — vss. 1—3. 35. 36 repetiit K² p. 579 ex accuratiore Welckeri apographo. — M V p. 202 n. 8. — „C'est une liste d'indi-

---

17 ΓΑΜΗΛΟΣ 20 ΤΙΔΔΟΣ 31 ΙΙΑΝΤ | 35 solum | ΟΣΙΓΑ R. ΤΥΙΣΟ . ΕΒΑΛΟ Welcker. 36 ΛΑΓΙΩΛΥΧ | R. 41 ΘΙΩΦΕΣΤΙΑΙ | 46 ΟΙΟΓΕΝΕΙΙΑΙ - 47 ΟΙΟ -.

vidus qui avaient contribué pour un temple d'Esculape.“ — R. Inde a v. 35 incipit alter catalogus. Titulus est misere laceratus multisque describentis erroribus inquinatus, ut in integrum restitui nullo modo queat. III, H alia sunt notae pecuniarum. — Propter adiectiva patronymica et *u* soni scripturam vetustiorem per Y litteram servatam (at OY v. 38) anno 250 a. Chr. recentior non est titulus. Hunc vero annum ne multum eum superare credamus, prohibemur scribendi genere novicio strenue usurpato. *Θιογνειτίδας* v. 5 idem fortasse, qui archontis munere fungitur in tit. sequ. v. 2.

---

13 „Monasterii Deiparae Panagiae ecclesiae (= „temple des Grâces“ R) muro intrinsecus insertus.“ — Curtius. Litt. Θ K M (M) Γ Σ R (Lb M Σ). Θ K M Γ Σ K.

Φιλοκώμω ἄρχοντος Βοιωτοῖς, Ἐρχομε[νί-
οις δὲ Θιογνειτίδαο, πολεμαρχιόντων
Εὐχαρίδαο Δαματριχίω, Καφισιάδαο Πεδ-
α[κ]λείω, Φιάλιος Ποταμοδωρίω, γραμματίδ-
5 *οντος τοῖς πολεμάρχοις Πολ(ο)υρείτω Θιο-*
κουδείω, τοὶ πρᾶτον ἐστροτεύαθη·
Μνατίδικος Ἀθανοδώριος, Πουθίας Θιοδ-
ότιος, Θρασ(ο)ύλαος Τιματιθίω, Ἵππων Ἀθαν-
οδώριος, Ἀπολλόδωρος Ὀλ(ο)υμπίχιος, Κορειά-
10 *δας Ξενώνιος, Εὔπομπος Καλλιγιτόνιος, Πο-*
ύθων Ἀμινοκλεῖος, Καλλικράτεις Ἀγαστ-
ι][ῆ]ος, Πουθόδωρος Ὀρνιῆος, Τιμόλλει Θι-
οδωρίχιος, Εὐρ(ο)ύλοχος Ϝαστίνιος, Πτω[ίω-

---

13. — 1 ΦΙ . Ο . ΩΜΩ Curt. ΦΙΛΟΚΩΜΩ Ross. Foucart, bull. de corr. hell. IV p. 88 not. [1]) ΦΙΛΟΔΑΜΩ R. 2 ΘΙΟΓΕΝΙΔΑΩ R. 3/4 | . ΕΔ|Λ . ΑΣΙΩ Curt. ΓΕΔ|ΑΥΛΕΙΩ Ross. ΘΕΥ|ΑΙΙΛΤΙΩ R. 4 ΦΙΑΛΙΟΣ Curt. . ΙΑΛΙΟΣ Ross. ΟΙΛΛΙΟΣ R. 5 ΓΟΑΥΡΕΙΤΩ R; Πολυ - in transscr. 6 ΤΟΝ Curt. Ross. ΤΟΙΙ R. 7 ΑΘΑΝΟΔΩΡΙΟΣ Curt.; cett. sine I. 8 ΤΙΜΑΣΟΙΩΙΓΓΩΑΘ - R. 9/10 ΚΟΡΕΙΛ|ΔΑΣ Curt. ΚΟΡΕΙΑ|ΔΑΣ Ross. ΚΟΡΕΙΛ|ΛΑΣ R. 10 ΚΑΛΛΙΓΕΤ - Ross. ΚΑΛΛΙΓΙΤ - R in textu; - γ - in transscr. 11 ΑΜΕΙΝ - R. 11/12 ΑΓΑΣ| . ΙΟΣ Curt. ΑΓΑΣ|ΙΟΣ R. 12 ΟΙΝΙΗΟΣ Ross. ΤΙΜΟΛΛΕΙΟΙ Curt. ΤΙΜΟΛΛΕΙΘΙ Ross. ΤΙΜΟΛΛΕΙΟ| R. 13 |ΟΡΙΧΙΟΣ Curt. ΟΔΩΡΙΧΙΟΣ Ross. ΟΔΩΡΥΧΙΟΣ R. ΕΑΣΤΙΝΙΩΣ Ross. ΕΑΣΤΙΝΙΟΣ vitiose Lb.

ν [Μν]ασιώνιος, Ἀμινίας Τιμώνιος, Ἀγείσα-
15 νδρος Φιλώνιος, Καφισόδωρος Λακράτε-
ιος, Ἀριστοκλεῖς Ἀρίστωνος, Ἀριστο[μ]-
ένεις Φιλοκλεῖος, Δεύξιππος Ὀλ(ο)υμπίχιος,
Διωνιούσιος Τελεσάρχιος, Καλλίας
Νικοκλεῖος, | Μνασίνικος Ἀριστοδ-
20 άμιος, Ὀνάσιμος Βιόττω, Γλαῦκος Κα-
ραιώνιος, Μνασιθάλεις Θιοπόμπιος, Σ-
άθων Ὁμολωίχιος, Εὐάγγελος Θιοτί-
μω, Μεν[ξ]δαμος Θιοτίμω, Ἕρμων Ἀθανιῆ-
ος, Μνασίων Μνασιθίω, Δαμι . . . ων Σαμί-
25 χιος, Μ(ο)ύρτων Σομφόρω, Ν-
ιος, Καράιχος Τιμάνδρι[ος], ... ω
ος . . . . . ν . . . . κα . . . . . [Φι-
λιππίδας Ξενο[κλε]ῖος, Ε - - - - - - -
. ολος Εὐφάμιος, Καλλίστροτος Καλλιστ-
30 ρότιος, Ποταμόδ[ωρ]ος Προκλεῖος, Τέλε[ι-
ς] Ἀσκ[λ]απιώνιος, Πάσων Πολουξένιος, Θιο-
τέλεις Ἀθανοδώριος, Δαμάτριος Στρα-
[τών]ιος, Ἀντίγων Ἰαρώνιος, Καλλίας Ἀριστ-
οκλίδαο, Σω[φά]νεις Σωσ[τρ]α[τ]ίδαο (?), Ἰθ(ο)υκρ-
35 ά]τεις Ἀρχικλίδαο, Ἀ[φ]ηστίων Λ(ο)υκίνιο-
ς], Χαρ[ῶν]δας Ἰαρώνιος, Μέδων Τιμώνιος,

---

14 | ΑΝΑΣΙΩΝΟΣ Curt. | ΝΑΝΙΑΣΙΩΝΙΟΣ R. 15 ΣΦΙΛ Ross. 16 ΑΡΙΣΤΟΝΟΣ R. ΑΡΙΣΤΟΙ | Curt. ΑΡΙΣΤΟΓ | R. ΑΡΙΣΤΟΝ . | Lb. 17 | ΝΕΣΧΙΛΟΥΔΕΙΟΣ Curt. ΕΝΕΙΣΦΙΛΟΚΛΕΙΟΣ Ross. item at ΕΝΗΣ R. 18 ΔΙΟΝΙΟΥΣΙΟΣ Curt. ΔΙΩΝΙΟΥΣΙΩΣ Ross. ΔΙΩΝΙΟΥΣΙΟΣ R. - ΑΡΧΟΣ R. 19 lac. inter - ΕΙΟΣ et ΜΝΑΣ - R. | ceteri. 20 ΩΝΑΣΙΜΟΣ Curt. ΒΙΩΤΤΩ R. ΚΑ|ΙΑΙΩΝΙΟΣ Curt. ΚΑ|.ΑΙΩΝΙΟΣ Ross. ΧΑ|ΡΑΩΝΙΟΣ R. 23 ΝΕΝ . ΔΑΜΟΣ, ΑΘΑΝΙΣ|ΟΣ R. 24 - ΘΙΩΝΔΑ - Curt. - ΘΙΩΔΑ - Ross. R. ΔΑΜΙ . . . ΩΝ fuisse ΚΑΛΛΙ[ΓΙΤ]ΩΝ coni. K. 26 ΚΑΡΑΧΟΣ Ross. ΤΙΜΑΝΔΡΙ | Curt. . . . ΑΝΔΡΙ (lac.) Ω R. 27 Ν solus R. 28 - ΔΑΣΞΕΝΟ . ΑΙΟΣΕ Ross. . . Σ . . ΡΝΟΜΙΑΙΩ . ΕΙΚ | R. 29 | . ΟΛΟΣ Ross. | ΝΘΑΟΣ R. ΤΟΣΚΑΛΛΙΣΤ sol. R. 30 | ΡΟΤΟΣ Ross. ΡΟΤΙΟΣ R. ΟΣ . ΤΕΛΕ . | Ross. ΟΣΤΕΛΕΣ | R. 31 | . ΑΣ . . ΑΓΙΩΝΙΟΣΓΑΣΩΝ Ross. | ΙΑΣΚΑΓΙΩΝΙΟΣΩ . ΣΩΝ R. reliqua sol. R. 32 | . ΚΛΕΙΣ Ross. | ΤΕΛΕΙΣ R. ΔΑΜΑΤΡΙΧΟΣ R. ΣΤΡΑ| . . ΝΙΟΣ Ross. ΕΤΙ|ΙΟΝΙΟΣ R. 33 ΑΝΤΙΝΩΡ R. 34 ΣΩ . ΧΝΕΙΣ Ross. ΣΩ . . ΝΕΙΣ R. ΣΩ . ΓΑΣΙΔ . ΘΙΟΥΚΡ | Ross. ΣΩΣΓΑΣΙΔΑΟΙΘΥΚΡ | R. 35 ΑΡΧΙΚΡΑΤΙΔΑΟ R. Α . ΗΣΤΙΩΝ sol. R. 36 | (lac.) ΔΑΣΚΑΡΩΝΙΟΣ R.

Διότιμος Θρασώνιος, Ἀθανίας Ἀνδρώ[νιος], Πρόκριτος Μειλιῆος, Κάλλιππος Ϝασάν[δ][ριο[ς], Λάαρχος Τιμολάιος, Ξένων Φιλετήρ[ιος,
40 Ἀρίσταρχος Ἀσχλαπίχιος, Καφισίων [Μ](ο)υ[ρίχιος, Εὔμειλος Εὐκλίδαο, Ἀμευσίας Κεφώνιος, [Ε]ὔμε(ι)λος [Ἀλκ]έταο, Ἁγεισίνικος Ἀρκίττωνος, Π-ο[τ]αμόδωρος Εὐρ(ο)[υ]τίωνος, Κρατεύα[ς] Μν[α]σ[ιθ-ί]ω, Ἀντικράτεις Χηρώ[ν]δαο, Εὔθουμος Τελεσι[ῆος, Ε-
45 ὐ]φρονίσκος Καφισοδώριος, Φιλόξενος [Κ-εφωνίχ(ι)ος, Ἀθανάδας Ἀνδροτέλειος, Σωτ[εί][ρικχος Καφι]σοδώριος, Πουθόνικος Φιλοκράτειος, [Δ-ινόστρο[τ]ος Πραξιώνιος, Κροπίδας Δο[κ]ί[μ]ιο[ς, Τελεσίας Ἀρί[στ]ωνος.

